

De tertia vide in puncto latè disputantem, & duas opiniones contrarias referentem Burgos de Paz in repetitione l. 3. Tauri, conclusione 4. à nu. 681. cum sequētibus, qui in rigore dicit, sententiam huius decisionis iure non probari, sed quod seruanda est, quia magis communis opinio ei fauet: & ad secundam partem huius conclusionis addere in puncto Aretin. qui communem dicit in l. 1. nu. 6. de testamētis. Alex. conf. 13 lib. 3. Xuarez allegatio. 20. nu. 19. & ibi Valdes in additione. Couar. in c. 2. nu. 6. de testamētis. Crassū in d. tract. sententiātiarum §. testamentum, quæst. 34. nu. 7. qui cōmunem dicit Autoris sententiā: & de testamento monachi vide eum, & Molin. vbi supra, Gutier. in c. quāuis patetum, verbo, *Dum nuptui tradebatur*, nu. 4. Iul. Clar. lib. 4. sententiātiū. §. testamentum, quæst. 28. & conclude, benè iudicatum in hac decisione.

## Additio ad Decisionem

CCCXX.

**A**dde huic decisioni quæ diximus ad decisionem. 312. aliàs. 314. & interim adde Manticam de coniecturis. Anton. Gabrie. Curt. Iuni. Crauet. Alciat. & alios citatos à Crasso in d. tractatu. §. fideicommissum, quæst. 10. per totam, & adde Menoch. latissimè disputantem, vtrum filij appellatio ne nepos contineatur, lib. 4. præsumptionum, præsumptione. 94. per totam.

## Additio ad Decisionem

CCCXXI.

**N**ota, quod res dotalis potest alienari ad liberandum maritum à carceribus, & quod maritus solus potest alienare. Adde Matien. in l. 6. glo. 4. & l. 1. tit. 3. lib. 5. recopil. Adde etiam Molinā nu. 9. in lib. 4. de primogenijs c. 6. Meness. post Curt. Corne. & alios in au-

then. res quæ. C. communia de legatis. num. 98. vbi allegat Fulgos. & Alex. in l. quanuis, nu. 1. ff. soluto matrimonio, & in l. Marcellus. §. res quæ, nu. 3. ff. ad Trebell. allegat etiam Boer. decis. 128. nume. 3. Campesum de dote. 1. parte, quæst. 12. Gomez. in. n. item si quis in fraudem, nu. 32. instituta de actio. Co. uar. lib. 2. variarum, c. 16. nu. 9. & adde his notabiliter Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicium, lib. 2. cent. 1. casu. 182. à num. 62. & in tract. de præsumptionibus, lib. 4. præsumpti. 192. nume. 11. & in puncto adde Baldum Nouellū in tract. de dote & eius priuilegijs. 7. parte in principio, limit. 4. & 5. & priuilegio. 29. adde etiam allegationes Francisci Viuij decisione. 18. Imol. Paul. Ang. Alber. Alexand. & alios in l. quanuis, hīc ciatata. Roman. consil. 78. Cuman. in dicta l. quanuis. Ex quibus constat, decisionem nostram continere opinionem communem, & communiter approbatam, & ideò seruanda est iudicando & consulendo, licet admodum dubia & scrupulosa sit, & quæ non benè probatur in d. l. quamvis, in casu quo mulier contradiceret, quam tamen intelligerem, si vxor haberet dotem ita sufficientem, ut marito ex ea liberato à carcere, sibi remaneret patrimoniu, ex quo viuere possit: aliàs si non, omnino falsam reputo, & contra ius naturale, quia prima charitas incipit à se ipso: quod nota.

## Additio ad Decisionem

CCCXXII.

**N**OTA ex hac decisione sequentia.

Primum, quod hypotheca legalis cadit in bonis prohibitis alienari absque alia solennitate.

Secundum, quod l. cum à matre, nō habet locum in hærede fideiussoris de-

## Secunda pars Additionum

euictione, qui ex iure proptio potest venire contra venditionem.

Tertium, quod iudex potest condere in fructibus non petitis a tempore litis contestationis currentibus.

Quartum, quod in actione hypothecaria potest quis solam rem petere, & iudex in ea condemnare, & reus liberatur debitum soluendo.

Quintum, quod citatio possessorum requiritur ad excussum contra principalem & eius fideiussores, etiam si constet, eum nulla alia bona habere, praeter ea, in quibus excusio facta fuit.

Ad primum vide latissime disputatorem Caldas ad. I si curatorem habens, verbo, *Cui non absimilis*, a nu. 35. Mencha. lib. 3. controversiarum usus frequenter. c. 5. a num. 1. Menoch. in tract. de adipiscenda, remedio. 3. a nu. 7. & quia isti plene materiam resoluunt, nihil amplius addendum puto.

Ad Secundum, circa intellectum. I. cum a matre, de qua hic, vide Ruin. conf. 25. a nu. 11. lib. 2. Deci. conf. 79. nu. 2. & conf. 184. in fine, &. 454. num. 7 Ceph. conf. 314. nu. 43. & 318. nu. 1. li. 3. Alban. cōf. 72. nu. 3. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 8. a nu. 48. Ioā. de Amicis conf. 3. nu. 20. Ceph. cōf. 393. nu. 49. lib. 3. Crāuet. cōf. 131. nu. 6. lib. 1. Paris. cōf. 16. num. 127. lib. 2. Socin. conf. 2. col. 1 lib. 4. Socin. Iun. conf. 72. num. 25. lib. 3. Rolan. de Valle conf. 30. nu. 29. &. 90. nu. 37. &. 100. nu. 143. lib. 4. Menoch. conf. 89. nu. 127. lib. 1. & cōf. 44. nu. 20. cōf. lib. Rimin. Iun. conf. 64. nu. 16. lib. 1. Franciscus Bec. conf. 72. lib. 1. & plura alia allegat Fabius Turretus conf. 18. a num. 22. lib. 1. Ioan. Botta conf. 94. a nume. 29. Hieronymus Gabriel consil. 125. num. 3. lib. 1. Tiber. Dician. conf. 117. num. 3. lib. 3. & conf. 31. num. 157 lib. 1. Bursat. conf. 247. num. 9. lib. 3. & conf. 3. nume. 42. lib. 1. Riminald. Iun. conf. 37. num. 62. lib. 1. eleganter distin-

guit Tobias Nonius conf. 2. & 5. & 39. num. 3. late Francis Viuit deci: sione. 56. lib. 1. ex quibus omnibus, salua pace Autoris, dictam conclusionem minas veram existimo: nam licet haeres cum beneficio inventarij possit venire contra defuncti factum iure proprio, dimissis bonis hereditarijs, & etiam possit venire contra factum defuncti nullum, & a lege repobatum, ut in l. post mortē. ff. de adoptio. late Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. non tamen si actus validus fuit, aut non reprobatus, potest venire sine dimissione bonorum, siue fuerit autor fideiussor, siue venditor: regula enim. l. vendicantem, de euictionibus, generaliter loquitur, nec vlla ratio differentiae reddi potest. Nec obstat l. fin. hic allegata, quia verum est, quod haeres fideiussoris potest venire contra factum defuncti, vendicando rem venditam, sed tamen salua manet euictionis causa quo ad interessē: quod in idem recedit: & hoc voluit Gamma hic dicere, alias male diceret.

Ad tertium vide Speculatorum in titulo de allegatione, & disputatione, §. 1. versiculo sed nunquid, & in titulo de fructibus & interessē, per totum, & in titulo de appellat. §. 19. versiculo, *sed pone*, & in titulo de expensis. §. 4. Ferraram in praxi, in forma libelli in actione, verbo, *Simul cum fructibus*. Couar. lib. 1. variarum. c. 3. a nu. 1. &. 2. Auend. responso. 6.

Ad quartum adde Ias. Zaf. Benincassum, Misling. Gomez. & alios in §. item Seruiana, instituta de actionibus, & Felician. in tract. de censibus lib. 3. c. 6. a nu. 1. qui cū predictis concludit, libellū in hypothecaria debere alternatiū cōcludere, ut soluat debitum, vel rem dimittat: & in puncto iuris hæc est veior resolutio, licet in praxi, seruaretur apud suprema tribunalia, seruaretur

præ-

præsens decisio. Et adde Becium consi.  
106. lib. 1. & Massuerum ad Ferraram  
in titu. in forma libelli in actione hypo-  
thecaria, verbo, quare cum prædicta.

Ad quintum adde Ferraram in d. pra-  
xi, in forma responsionis in actione hy-  
pothecaria, verbo, exceptionem excusio-  
nis, à num. 2 o. & adde Becium consi. 89.  
num. 7. & 8. lib. 1. & Rolan. consi. 9. nu.  
9. lib. 1. & autores in l. decem, h̄ic citata  
& conclude, quod quando notoriū est,  
nulla habere bona, præter ea in quibus  
fuit facta excusio, & hoc probetur, suf-  
ficit excusio facta absque alia citatio-  
ne. Et aduerte, quod his non obstanti-  
bus, bene iudicatum fuit in præsenti de-  
cisione.

### Additio ad Decisionem CCCXXII.

**N**ota primo, quod mulier quinqua-  
genaria habet partem luctorum  
constante matrimonio acquisitorum.  
Cui adde Rip. in l. 1. num. 124. ff. solut.  
matrim. & Socin. Iun. & alios repeten-  
tes ibi. Secundò nota, quod diuisio præ-  
sumitur ex cursu decennali: de quo vide  
dicta ad decisionem 146. Tertiò nota,  
quod diuisio non retractatur propter  
errorem, nisi duobus concurrentibus:  
de quo vide Ayorani in tractat. de parti-  
tionibus, par. 3. quæst. 6. & 7. & 8. Com-  
muniter in praxi seruatur, quod post di-  
visionem factam & approbatam à iudi-  
ce, possunt errores allegari: securi si in cō-  
tradicorio iudicio, & citatis partibus,  
& auditis per sententiam diffinitiuam  
sint approbatæ.

### Additio ad Decisionem CCCXXIII.

**N**ota, quod res aliena potest pigno-  
rari de consensu tacito aut expres-  
so domini. Adde Ferraram in forma li-

belli, in actione hypothecaria, verbo,  
ex memoratis causis, nu. 4. Negussantium  
in tractat. de pignoribus, part. 2. membro  
3. à num. 52. cum sequentibus, & dic be-  
ne iudicatum.

### Additio ad Decisionem CCCXXV.

**N**ota primo ex hac decisione, quod  
coitus stupri est punibilis, & ideo fi-  
lius non successibilis.

Secundo, quod famulus Regis à cal-  
caribus, quem vulgo dicimus, Moço de  
espheras, non est nobilis.

Nota tertio, quod ex se ipso quis non  
consequitur nobilitatem, etiamsi conse-  
quatur statum nobilitatis, & seruat Re-  
gi, nisi à Rege nobilitetur, aut habeat  
nobile officium, vel dignitatem.

Nota quarto, quod officium scribæ  
non nobilitat.

Nota quinto, quod officium proxe-  
netæ non nobilitat, etiamsi ciuis sit ciui-  
tatis nobilis; nam omnes tales ciues no-  
biles sunt propter ciuitatem.

Nota sexto, quod non idem est esse  
ciuem, vel haberi pro ciue.

Primo dicto adde Cardinalē Paleou-  
tum in tractat. de nothis & spurijs, cap. 12  
13. 14. & 15. glo. & Bald. in cap. inno-  
tuit, de electione. Xarez in l. 5. titut. 6.  
lib. 3. fori fol. 4. Greg. Lopez in l. 1. glo.  
1. tit. 15. part. 4. Couarr. de sponsalibus,  
2. parte, cap. 8. §. 5. num. 18. Matié. in l.  
9. glo. 2. num. 5. titu. 8. lib. 5. recop. & vi-  
de Tauristas in l. 11. Tauri, per text. ibi,  
& cōclude, quod iure canonico, & iure  
nostro regio ex d. l. 11. talis filius nō est  
spurius, sed naturalis.

Secundo dicto adde quasi in termi-  
nis, de coquo Principis, quæ in contra-  
rium adducit Tiraq. cum Bald. Barba-  
tio, Lucano, Romano & alijs in tractat.  
de nobilitate, cap. 30. à num. 10. & ego  
credo in terminis, si vidisset nostrum au-  
torem,

## Secunda pars Additionum

corem, dixisset cōtra eum; & adde Chas sanæū in catalogo gloriæ mūdi. i i. parte, consideratione 3. fol. 353. Azeued. in l. 15. tit. 14. lib. 6. recop. & adde d.l. 15. 16. 17. & 18. d. tit. ex quibus credo malè dixisse Autorem in præsenti. Adde etiam Menoch. cons. 584. à num. 13. lib. 6. & Autores in l. 1. C. de dignitatibus lib. 12. & Bonum de Curtili in tract. de nobilitate in principio. Tiraq. in tract. de nobilitate, cap. 3. 4. & 5. & adde in puncto Otaloram in tract. de nobilitate. 2. part. cap. 3. col. pen. Azeued in rubrica tit. 2. lib. 6. recop. à num. 40. qui concordant cum dicta conclusione.

Quarto dicto adde Guid. Pape decisione Delphinali. 9. Crauettam consil. 163. lib. 1. Auen. in dictionario, verbo, Cauallero, in principio. Azeued. in l. 27. tit. 14. lib. 6. recop. & in l. 11. tit. 25. lib. 4. qui ait, quòd etsi nobilitas non acquiratur per notariatum, non tamen amittitur acquisita: quod in his regnis sic praticatur, & adde Tiraq. in d. tract. de nobilitate, cap. 30. à num. 9.

Quinto dicto de ciuitate nobili, an nobilitet, adde Azeued. in d. Rubrica à nu. 218. latius Tiraq. in d. tract. c. 12. & conclude, quòd nobilitat quo ad aliquem honorem & existimationem, non quo ad liberationem à muneribus, nisi illi per priuilegium fuerit datum: & ad id quod dicit de proxeneta, adde Tiraq. vbi supra, cap. 33. & cap. 34. nu. 32.

Vltimo dicto adde Bart. cons. 62. Alexander. cons. 106. col. 3. lib. 2. Afflictis decisione 384. num. 14. Ias. & repetentes in l. si is qui pro emptore. ff. de vsu cap. Paris. cons. 71. num. 9. lib. 1. Ruin. cons. 227. nu. 2. lib. 1. & adde copiose in punto Cephal. cons. 451. dubio. 1. lib. 4. in præsenti tamen decisione conclude bene iudicatum ex suis legibus & consuetudinibus, & quia pater filiae naturalis pluribus vilibus officijs se immiscuerat.

## Additio ad Decisionem

### CCCXXVI.

**N**ota primo, quòd emphiteosis potest in perpetuum concedi à monasterio rei in cultæ melioranti eam.

Secundo, quòd solennitas contractus emphiteotici præsumitur ex cursu temporis.

Tertio, quòd valet pactum, quòd emphiteota possit subemphiteoticare, & secundus emphiteota debeat licentiam alienandi petere à primo.

Quarto, quòd læsio debet considerari secundum tempus contractus.

Primo dicto adde, quæ diximus ad decisionem. 297. alias 299. num. 2. & interim adde Couarru. libro. 2. variarum. cap. 17. 18. & 19. & Aluarum Valascū in tract. de iure emphiteotico, quæst. 2. & 1. & Caldas in tract. de nominatione quæst. 23. à nu. 43. cum sequentibus.

Secundo adde quæ diximus ad decisionem 83. & 48. & dictum Caldas vbi supra, à num. 46.

Tertio adde Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 13. à nu. 10. & Caldas de renouatione, quæst. 13. & quæ latè diximus decisione 26. & decis. 244. alias 246. & 116. & 71. & 269. alias 271.

Quarto dicto adde dicta ad decisionem 257. alias. 258. & in decisio. 291. alias 292. & adde Mascard. 2. parte, de prob. conclus. 963.

## Additio ad Decisionem

### CCCXXVII.

**N**ota duo ex hac decisione. Primū, quòd in tribunalibus supremis nullitas debet iustificari ex iustitia causæ, alias nihil operatur.

Secundum, quòd opinio vnius Doctoris excusat ab expensis.

Tertium, quòd aliquis defectus est

in

in citatione, sanatur ex praesentia parti-

Primo dicto adde quæ diximus in pluribus decisionibus huius libri, & interim vide Aluarum Valascum in tractatu de iure emphiteotico, quæst. 6. à num. 14.

Secundo adde Rebuff. 3. tom. ad. II. gallicas, tit. de expensis, à num. 30. Menoch. de arbitr. lib. 3. cent. 2. casu. 176. Asinum in praxi ciuili. §. 32. cap. 2. limitatione. 2.

Tertio adde Hipp. Mars. in l. de uno queq; nūm. 46. de re iud. Roland. Valle cons. 47. num. 22. lib. 2. Vaut. de nullitate, tit. quibus modis sententia nulla, nu. 122. Azeued. cum Villalobos in l. fin. à num. 104. tit. 21. lib. 5. recop.

### Additio ad Decisionem

#### CCCXXVIII.

**N**ota, quod filius natus post decimum mensem à morte patris, praesumitur legitimus, licet mater adultera fuit maximè si honesta sit; quia tempore infirmitatis potuit defunctus cum ea copulam habuisse. Huic conclusioni post autores in l. Gallus, hic citata, maximè Hierony. Torniel. & Galliaulam ibi, adde Menoch. in tract. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu. 89. à nu. 48. latè Anto. Gabrie. tit. de præsumption. præsumption. 14. à num. 1. cum sequentibus, Boer. de cисio. 299. Paris. cons. 64. à num. 5. li. 3. Sforz. cons. 16. à nu. 1. Bonifacium Rogeri. cons. 47. à num. 57. li. 1. & Senatus decisio vera est, & communis, licet plures tenuerint contrarium, nisi constasset tempore infirmitatis non concubuisse, nec potuisse cum uxore, & quod infirmitas pluribus diebus durauit, & quod filius natus fuit post decem menses à morte mariti, nisi tanta honestas mulieris probaretur, quæ quasi prodigium faceret; non enim impossibile est,

esse undecim mensibus pregnantem, licet raro accidat: quod nota.

### Additio ad Decisionem

#### CCCXXIX.

**N**ota tria ex hac decisione. Primū, quod haeres extraneus non potest petere renouationē emphiteosis Ecclesiasticæ, secus priuatæ.

Secundū, q̄ maritus institutus haeres ab uxore, ut cōiuncta persona, potest dicā renouationem petere, maxime si melioramenta fecerunt maritus & uxor.

Tertium, quod si fiat pactum, quod finitis tribus personis, emphiteosis revertatur liberè ad dominum cum melioramenti, non est locus conclusionibus precedentibus.

Primo dicto adde Paris. cons. 28. nu. 4. lib. 1. & adde Caldas in tract. de renouatione, quæst. 9. à nu. 24. & conclude, quod si emphiteosis hereditaria est profœ & heredibus, absq; dubio haeres extraneus potest petere renouationem.

Secundo adde Aluarū Valascum de iure emphiteotico, quæst. 1. à nu. 20. & quæst. 2. à num. 7. Ioan. Garciam de expensis, cap. 15. num. 18. Bursat. cons. 24. n. 8. lib. 1. Cald. de renouatione, quæst. 8. à num. 19.

Tertio adde quæ diximus ad decisionem. 41. & adde Caldas de renouatione, quæst. 11. nu. 20. & quæst. 8. n. 9. vbi refert nostram decisionem. Intellige tamen dicta in 2. dicto, si vel maritus meliorasset, vel emphiteosis esset hereditaria, & ad extraneos posset peruenire; alias malè esset dictum: & cum his dic bene iudicatum in hac decisione.

### Additio ad Decisionem

#### CCCXXX.

**N**ota ex hac decisione, quod libertas relicta, quando haredi placuerit,

## Secunda pars Additionum

rit, hærede in vita non declarante, fauore libertatis competit post mortem, ex text. eleganti in l. fin. hic citata, dc qua vide Benedictum de Plumbino ibi, qui extedit etiam fauore dotis, ut facit Menochius in tractat. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 68. num. 39. & adde Caldas cum Burgos de Paz & alijs ab eo citatis, in tract. de nominatione, quæst. 9. num. 29.

Secundo nota, quod voluntas defuncti declarativa & exequutiva, non dispositiva, probatur ex acto nullo, & ex testamento reuocato: de quo vide Bartol. Aretin. & alios citatos ab eodem Caldas in d. tract. quæst. 10. num. 10. & omnino vide Simonem de Pretis in tract. de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 1. interpret. 1. dub. 3. fol. 5. à num. 54. qui dicit, quod si testamentum fuerit imperfectum ratione omissæ solennitatis, obtinet hæc conclusio: alias si ex imperfectione voluntatis, non: quod verum credo.

### Additio ad Decisionem CCCXXXI.

**A**d de huic decisioni quæ latè diximus ad decisionem. 17. & decisionem. 292. alias. 293. & dec. 305. vel. 307.

### Additio ad Decisionem CCCXXXII.

**A**d de quæ diximus ad decisionem 326. & decisionem. 83. & 48. & quæ in puncto diximus ad decisionem. 283. alias. 284. 298. & 297. alias. 299. & decisione. 144. & decisione 26. & decisione. 244. alias 246.

### Additio ad Decisionem CCCXXXIII.

**E**x hac decisione inferuntur sequentes conclusiones,

Prima, quod filius habet hypothecata bona patris pro mala administratione, non solum dolosa, sed etiam culposa, licet in hoc sint opiniones.

Secunda, quod eam non habet, quando alienatio patris fuit necessaria pro soluendis debitis.

Tertia, quod agens ex una causa, si in processu constat de alia, ex æquitate obtinet.

Primæ adde l. 24. titu. 13. part. 5. & l. 14. eiusdem tituli, vbi Greg. & Couarr. lib. 1. variarum, cap. 8. à num. 5. & adde Pinel. in l. 1. 3. part. à num. 79. C. de bonis maternis. Matienço in l. 7. glo. 11. à num. 67. tit. 11. lib. 5. recop.

Secundæ adde dicta in præsenti conclusione.

Tertiæ adde, quæ latè Aluarus Vaez tradit in terminis in d. tractat. iuris emphiteotici, quæst. 6. à num. 7. & sequentibus, & Azeued. in l. 10. à num. 115. titu. 17. lib. 4. recop. & Auend. respons. 1. & nota bene iudicatum in hac decisione.

### Additio ad Decisionem CCCXXXIII.

**N**ota primo, quod sequestrum debet fieri parte citata.

Secundo, quod exequitor qui facit sequestrum ex mandato Regis vel Papæ, si coram eo non est cognitum de causa, etiam tenetur partem citare, alias nullum est.

Primo notabili adde. I. meminerint. C. vnde vi, & quæ in eius declarationem adducit latissime Menochius in tracta. de recuperanda, remedio. 8. & in puncto adde Rebuffum in 2. tonio ad II. Galliae, tit. de sequestris & commissarijs, artic. 1. glo. 1. num. 8. & 9. & 22. Azen. in l. 1. à num. 7. tit. 12. lib. 4. recop. Caualcan. de cif. 1. 2. & 3.

Secundo adde notata in c. de cætero, de re iudicata, & in cap. pastoralis. §. quia

quia vero, de officio deleg. & Couarru. in practicis, cap. 16. Roman. consi. 5 1. vbi Mandosius in additione, latissimè Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicium lib. 2. quæst. 26. per totam, & ad id quod dicit Autor de arbitrio & libertate data, quòd etiam teneatur partem citare, adde Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo, *& figura*, num. 6. & in l. Theopompus, nu. 9. de dote prælegata, & consi. 166. num. 5. & cum infinitis Menoch. in d. tract. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 17. & bene iudicatū in hac decisione, absq; dubio iudica.

### Additio ad Decisionem CCCXXXV.

**A**dde huic decisioni quæ in puncto diximus ad decisionem. 265. & his adde Ang. in l. si cui. §. Imperator. ff. de accusatio. Franciscum de Parma in tract. de iure fisci fol. 9. Cagnol. in l. venditor de iudicijs, num. 1. & particulariter vide Barbatum citatum in dicta decis. 265. aliàs. 266. & Soci. in cap. quoniam frequenter, num. 127. vt lite non contestata, Barb. in dicto loco nu. 50. & nu. 64. semper tenuit, quòd emphiteota possit nominare dominū ad iudicium, & quo ad declinationem fori sequitur communem de qua hic.

### Additio ad Decisionem CCCXXXVI.

**A**dde huic decisioni quæ latè diximus ad decisionem. 4. vbi analyticè & practicè materiam disputauimus, & adde Aliiarū Valaf. de iure emphiteotico, quæst. 18. à nu. 8. & de melioramenti in terminis nostræ decisionis vide eundem in d. tract. quæst. 25. à num. 18. & à num. 6. à num. 20. & quod hæc decisione dicit, tenuimus & sequuti sumus in dicta decisione. 4. & cædem opinionē nunc sequimur.

### Additio ad Decisionem CCCXXXVII.

**H**æc decisio singularis est ad materiam. l. 9. tit. 15. lib. 4. recop. vbi de salario famulorum. Cui addendus est Azeuedo, qui omnia complectitur, in d. l. 9. & Parladorius in suo lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 12. & §. 13. & tandem concludunt, quòd ita præscribitur salariū conuentum, sicut non conuentum, & quòd necessaria est bona fides, & allegatio solutionis, & hodie leges nostri regni eam extendunt ad pharmacopolas, & alios minutatim vendentes, & nouissima pragmatica ad salaria adiuvatorum, & procuratorum, & cùm dictæ leges exorbitantes sint, ad alios non extenduntur, ut pote ad negotiorum gestores, tutores, curatores, proxenetas, testamentarios, & similes, de quibus ultra omnes latissimè diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 8. de salarijs, vbi omnino vide. Notandum est ex hac decisione, quòd famulus, transacto triennio, nō obstante legis præscriptione, admittitur ad probandum, sibi nō esse solutum salariū, & hoc probato, obtinebit, allegat Mencha. & non allegat locum: est locus in tract. de successionum creatione. §. 10. à num. 33. per totum. Hoc tamen Azeued. vbi supra, num. 43. non admittit, nisi probatio fiat per domini confessionem: quod verum puto, non probata mala fide domini, & sic practicatur in his regnis: & de interruptione huius præscriptionis vide latè Rebuffum hic citatum, & Azeued. & Parladorium vbi supra, & ego latè dixi in d. tract. Notanda etiam est hæc de decisio in fine, in quātum dicit, quòd famuli, qui seruunt magnatibus sine conventione salarij ob expectationē alicuius remunerationis, non amittunt illam iustum recipensam, quæ sibi debet fieri.

ob

## Secunda pars Additionum

ob lapsu trienij, quod æquum & verum puto, & adde his quæ post fratrem Ludouicu Lopez, & Petrum de Nauarra in tractat. de restitutione. 2. parte cap. 1. nu. 222. diximus in dicta quæstione, vbi latè de his famulis diximus.

### Additio ad Decisionem CCCXXXVIII.

**H**Æc decisio, quæ de iustitia belli Tunc aut agit notanda est, quæ in summa vult, quòd bellum contra hostes infideles iustum est, & quòd ibi capti, siue ex ipsis, siue ex eorum confederatis, aut amicis, siue ex seruis eorum, efficiuntur serui capientiū, & res ab eis ablatae efficiuntur capientium, nec post prædam cōcessam potest Dux supremus belli in præiudicium militum, quibus ius erat quæstū, remissionē facere: de qua materia vide splendide per Ioan. Lupium, & Martinū Laudensem hic citatos, & Siluestru in summa, verbo, *Bellum*. 1. quæst 1. & 2. Gabr. in. 4. sentētiarum distinct. 15. quæst. 4. Ang. & Caietan. in summis verbo, *Bellum*, Cordubam in suo quæstionario. lib. 1. quæst. 39. Nauar. in summa, cap. 15. num. 15. Hadrian. quodlibe toni. 2. Mercado in tract. de tratos y contratos. 2. part. cap. 15. Ioan. Maior. in. 4. distinct. 15. quæst. 20. Petru de Nauarra in tract. de restitutione, tom. 1. capit. 3. à num. 258. cum sequentibus Dionysium Gotiffredum in. 1. tom. praxis iuris ciuilis, fol. 418. Hostiē. in summa, tit. de tre-gua & pace, & ibi addētes. Ioan. de Lig nano in tract. de bello. Sotum de iustitia & iure lib. 5. quæst. 3. art. 5. vide etiā Bertachin. in suo reportorio, verbo *Bellum*. 1. & 2. lit. B. & Salon, & Aragon ad diuum Thomam in 2. 2. quæstio. 46. art. 1. & 68. art. 8. & quæst. 41. art. 1. omnia quæ hic autor dicit, vera sunt, sed quo ad remissionem Principis tempe-randa sunt, vt per Ioan. Lupium vbi supra, nisi ex causa publicæ pacis & utili-

tatis conueniat ut siant remissione, tunc valer in præiudicium iuris quisiti militibus; tenetur tamen Princeps in alijs eis recōpensare. Tēperādaetiā est in mobili bus venditis, aut cōsumptis: quod nota. Ad id quod dicit autor de chronicis, vi-de Purp. in l. 1. à num. 152. si cert. pet. & Mascar. de probat. 1. part. conclus. 287.

### Additio ad Decisionem CCCXXXIX.

**N**ota ex hac decisione tria. Primū, quòd amittens literas cambij, non habet actionem contra eum, ad quem missæ sunt, sed contra eum qui misit, etiam si epistolam receperit, in qua de eo & alijs eum præmonuerit.

Secundum, quòd confessio qualifica-ta diuidi non potest, nisi qualitas sit se-parabilis.

Tertium, quòd epistolam alicuius recipiens, in qua gesta, & data, & accepta narrantur, non censetur se obligare ad aliquid dandum, nisi ea vtatur, & tūc in his in quibus ea usus est.

Primo dicto adde decisionē Genuæ 8. nu. 19. & decis. 2. nu. 41. & decis. 1. n. 21. & 2. nu. 21. & decis. 2. n. 10. & decis. 4. nu. 7. & decis. 1. nu. 6. & decis. 10. n. 9. & 23. n. 19. & d. decis. 10. à n. 10. & vbi que allegatur Salic. in l. filius familias, ad Macedonianum, & de literis auisi ad de decisionem Genuæ. 142. nu. 3. & 41. nu. 4. & 51. n. 1. & 14. nu. 113. & 80. n. 1. & 48. n. 2. in quibus cōcluditur, quòd probant contra scribentem.

Secundo adde notata in l. si quidem, de exceptio. & in leg. Aurelius. §. idem quæsijt, el. 2. de lib. legata & in cap. bonæ, de postu. præl. & adde decis. Genuæ 133. n. 4. & 60. nu. 4. & 95. nu. 2. & 141. n. 2. & 114. n. 3. & 122. nu. 5. Boer. decisione 339. Bernard. Diaz reg. 122. Menoch. de arbitra, lib. 2. centu. 1. casu 92. num. 21. & centu. 3. casu 279. Azeued. in l. 2. à nume. 65. titu. 7. lib. 5. recopila.

A quo

**A** quo cœundum est, in quantum dicit, quod hodie iure nostro regio potest confessio qualificata separari, si qualitas sit inseparabilis: non enim probatur in d.l. quæ non loquitur de confitente factum nudé, etiam si tale factum habeat aliquā qualitatē annexam, sed de confitente cum cautela, & obscurè, animo decipiendi, & veritatem celandi.

Tertio dicto adde Salicet. & DD. in d.l. si filius, & decisionē Genuæ. 24. nu. 4. & 18. num. 6. 133. num. 2. 68. num. 4 120. nu. 1. 62. nu. 2. adde Cuman. consi. 177. Anton. Gabr. lib. 1. communium conclusionum, tit. de præsumptio. conclusio. 2. num. 13. Deci in cap. 2. nu. 15. de probat. Ripa in capit. cum. M. Ferrarensis, à nume. 132. de constit. Cæpol. cautela. 10. diligentissimè, ut solet, Menochius in tract. de præsumption. lib. 3. præsumptio 65. per totam, & num. 15. vbi declarat d. leg. si filius familias, & in tract. de arbitrarijs iudicium lib. 1. cent. 1. casu. 2. 1. & plures ex his in puncto loquuntur.

Tandem huic decisioni adde Bursat. cons. 84. num. 5. lib. 1. Benuenutū Stracham in tract. de assecurationibus, glo. 10. nume. 47. Rotam Bononiensem Benintendis, quæ de perditione literarum cambij loquitur. 58. Cottam in memorialibus, verbo, *cambij literas*, diligentissimè Mascardum, qui omnes articulos huius decisionis complectitur, & in puncto loquitur, in tract. de probatio. 2. par. conclus. 990. num. 3. & num. 7. & per totam: ex quibus omnibus inuenies, bene iudicatum in hac decisione.

Additio ad Decisionem 337  
CCCXXXIX. vel  
CCCXL.

**H**Æc decisio continet materiam singularēm, quando masculus ætate

minor præferatur fœminæ natu maiori, in maioratu simplici, patronatu, aut anniversario, præsertim quando vocatur filius aut filia maior: & cōcludit pro filia maiore, de qua quæst. latè egit ipse Gamma decisio. 51. & 294. alias. 296. & nos latissimè egimus ad decisionem dictam 91. vbi defendimus decisiones contra Gammam, contra quem semper iudicatum est in regno isto, & Lusitanæ, licet in anniversarijs cum eo teneat Salazar, quem allegauimus in d. quæstione 51. sed contra eum tenuit etiam suus Lusitanus Caldas in tract. de renouatione cōtractus emphiteotici, quæst. 17. num. 9. & 14. & 16. & quæst. 18. nu. 33. & de nominatione, quæst. 14. à nu. 1. & quæst. 17. nu. 36. qui plura allegat, & suus Valascus in tract. de iure emphiteotico, quæst. 50. numero. 7. & allegatis in dicta decisione. 51. in terminis præsentis adde nunc Iacobum Berretam cons. 118. à n. 17. & Anto. Chiosiū cōs. 12. nu. 3. & 35. nu. 7. & 24. nu. 5. & 35. nu. 26. Ceph. consi. 664. nu. 19. & 749. à num. 11. lib. 5. & in d. cons. 664. loquitur in puncto Menoch. cons. 435. à nu. 14. & 496. à num. 27. & 500. num. 7. & 496. & 482. n. 7. & 414. lib. 5. & 588. à nu. 6. lib. 6. Alexan. Trentacinquum plura allegantem in tract. de substitutionibus, parte 4. à numero 9. Beroi. cons. 57. num. 64. lib. 3. quem allegat Ioseph. de Rusticis in tractat. an & quando liberi, lib. 2. cap. 3. à num. 16. Bursat. cons. 460 nume. 30. lib. 4. Crauet. consil. 570. n. 7. & 588. num. 9 & 964. num. 26. Ex quibus omnibus colligitur, quod in materia indifferenti, & vbi est eadem ratio, fœmina admittitur, & non cedit masculo: sed iam in d. decisione diximus, non esse candē rationē masculi et fœminæ in successione maioratus et anniversarij, ex præsumpta testantiū volūtate voluntium memoriae conseruationem, et ex usu generali omnium regnum; et sic

## Secunda pars Additionum

Sic contra Authorem quotidie practica tur: & illa verba, *hijo o hija mayor*, ordine successivo intelliguntur, & præfer tur primò nominatus, vt cum Mantica & autoribus in l. Gallus. §. 1. de lib. & posthum. ibi defendebamus, & in propria causa obtinuimus, nisi cōsuetudo patriæ aut ipsius maioratus aliud inducat, quæ seruanda est, & declarat testantis voluntatem, & tunc difficulter obtinetur pro fœmina, vt iam vidi.

### Additio ad Decisionem CCCXL I.

**N**ota ex hac decisione sequentia.

Primum, quòd filius natus intra quinque menses à die contracti matrimonij, non præsumitur legitimus, nisi probetur.

Secundum, quòd pater non potest in testamento reuocare contractum quem fecerat cum vxore in præjudicium filiorum primi matrimonij, quibus est ius quæsitum.

Tertium, quòd auia faciens testamentum pro nepote mentecapto, potest vnū vel plures instituere.

Quartum, quòd filij positi in conditione, cēsentur vocati etiam in legatis.

Primo adde Paris. Socin. Ruin. Galliaulam, Torniellum, & alios in l. Gallus ff. de lib. & posthumis, & Alciat. ibi num. 30. Paleotum de nothis & spurijs, cap. 23. & 24. in fine, Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. casu. 89. à num. 34.

Secundo adde, quòd quanuis hoc dictum sit verum, non ex ratione Autoris, de qua egimus laté ad decisionem. 8. vbi declarauimus doctrinam Bart. in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verbis. obligation. & intelligenda est ex iure per se acquisito ex contractu patris filijs, qui in contractu in genere aut in specie nominati sunt, non ex iure per accidens, & per indirectum acquisito, sed quia pater

acquisierat ius ad tota bona lucrata, cui iuri acquisito renuntiare non poterat in præjudicium filiorum, quia erat donare: renuntiatio enim iuris acquisiti, donatione est. I. si quis de legauerit, vbi Bart. ff. de solut. Decius in lege postquam liti, nume. 15. & ibi Curt. Iun. nu. 5. C. de pactis. Alexand. consil. 206. col. 2. lib. 7. latè in terminis Baeça in tractat. de non meliorandis, capite 24. per totum, & in fine, vbi prohibitus donare, non potest remittere ius quæsitum: allegat Baldum Salicet. & Raphaelem Fulgo. in le. 1. C. de pactis. Imol. in. l. ex duobus la. 2. col. 2. ff. de duobus reis. Alexand. consil. 22. col. 3. lib. 1. Alciatum in l. pactum curatoris. C. de pactis. Ex quo infertur, quòd si utilitas illius remissionis quintum nō excederet, valeret: quod nota ad hāc decisionem.

Tertio dicto adde Sfortiam in tract. de substitutionibus, in præludijs, parte 4. quæst. 8. vbi ait, quòd si mentecaptus habet filios, omnes tenetur mater instituere, & si non, sed fratres, potest eligerre, & non electis aliquid debet relinquerre: & hanc dicit communem opinionē, & adde Menoch. in tract. de succession. creare. §. 17. à numero. 57. Crassum in suo lib. sententiārum. §. substit. quæstio. 47. post Rip. in l. ex facto. numer. 86. de vulg. & Decium in l. humanitatis, hīc citata, & adde etiam Alex. Trētacinquum in tract. de substitutionibus, part. 3. cap. 5. à nu. 5. qui latissimè disputat, & duas opiniones contrarias refert: & tandem in iudicando & consulendo dicit nō recedendū à dicta opinione, scilicet, quòd in filijs non detut electio, secus in fratribus: quod verum puto.

Quarto dicto, quia materia communis est, adde latissimè Iosephum de Rusticis in integro tractatu, an & quando liberi in cōditione positi censeantur vocati, vbi ad partes disputat, & concludit veriorem & cōmuniōrē esse opinionem glo.

glo.in.l. Lucius h̄ic citata, quòd filij in conditione positi non censeantur vocati, nisi adhinc coniecturæ ad id colligendum obligantes, vt quia filij sint gravati, sit apposita qualitas masculinitatis, sit confectum perpetuum fidei commissum, sit fundatum primogenium, sit appositum onus perpetuum, sit prohibita alienatio, aut agatur de conseruanda agnatione. Adde etiam Anton. Gabriel. lib.4. communium resolution. titulo de fideicommissis, conclusione.4. Michaelen Craßum in d. lib. sententiarum. §. fideicommissum, quæstione. 13. Iulius Clar. lib.4. sententiarum. §. testamentū, quæst.77. Rip. in.l. Centurio, num. 159. de vulg. Petram de fideicommissis, quæst. 9. Molin. de primogenijs lib. 1.c.5. & infinitos modernos & antiquos referet Præses Tessaurus, qui latè disputat decisione.96. per totam, qui pro regula ponit, quòd filij in conditione positi, non censemuntur vocati, vnde in fidei commisso simplici & temporali falsum est quod Author in præsenti dicit. Eius tamen decisio vera est, quia pater non potuit filio Didaco præiudicare, & filius Didacus debebat succedere patri Lupo, etiam in substitutione facta filio mente capto, in qua dubito si mortuus est Lupus ante mortem mente capti, ex dicta resolutione. Cogita, quia nisi ex alijs coniecturis illos constet vocatos, contra communē est eos dicere vocatos: æqua tamen opinio est.

### Additio ad Decisionem CCCXLII.

**N**ota ex hac decisione, quòd contratus factus in testamento, etiā dotis, est reuocabilis ex arbitrio defuncti, si sit collatus post mortem, quia assumit naturam testamenti, maximè si sit reuocatus per aliam donationem cum traditione inter viuos factam, de quo diximus late lib.3. quæstionum, quæst.22. &

in additione ad decisionem. 173. adde quæ diximus ad decisionem. 173. & adde cōsilium famosum Romani, de quo Author h̄ic non memini, & ibi Mandos. in additione, cons. 171. & 293. dubio. 1 & cons. 513. Xuarez in. l. quoniam in prioribus, quæst. 8. ad. l. regiam, nu. 17. Tellum in.l. 17. Tauri num. 83. Dueñas reg. 15 1. Azeue. in.l. 3. nu. 96. tit. 2. li. 5. recopil. & adde, quòd hæc decisio non mihi videtur vera, si constat, quòd donauit causa dotis, & promisit non reuocare: & contrarium tenuit in d. quæstione. 22. & adde Valascum consultatione 102. per totam.

### Additio ad Decisionem CCCXLIII.

**A**dde huic decisioni Villalobos in suis communibus, lit. N. nu. 61. Ferraram in sua praxi, in forma exequutionis sententiae, glo. 1. Deci. cons. 7. nu. 7. Bartho. Soci. cons. 83. nu. 26. & 30. lib. 4. & cons. 31. num. 3. lib. 3. Auenda. in tract. de. 1. & 2. decreto, nume. 16. Meness. in.l. 1. nume. 31. C. de iuris & facti ignorantia. Oroscium in.l. 1. §. 1. colu. 602. ff. quod quisque iuris, & vide Did. Perez, Xuarez, & alios, quos allegat Azeued. qui latè materiam tractat in. l. 2. à num. 26. tit. 17. lib. 4. recopilat. Couar. in practicis, c. 25. & in terminis exequutionis vide eundem Azeued. in. l. 6. tit. 17. à num. 7. lib. 4. Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicum, lib. 1. quæst. 38. per totum, & vide. l. 2. & 3. tit. 19. lib. 4. recopil. & ibi Azeued. Olan. in antynomij: ad Villalobos, lit. E. 1 num. 22. Burfat. cons. 74. num. 29. lib. 1. & latissimè Robert. Lancelo. in tract. de attentatis 2. par. c. 17. per totum, maximè nu. 100. & autores omnes, maximè Rip. in. l. 4. §. condēnatū. ff. de re iud. & ego dixi li. 1. quæst. quæst. 5. Certè iure communi exceptio nullitatis ob incompetētiam

## Secunda pars Additionum

semper impedit exequutionē, nisi quando obijcitur contra tres conformes, aut contra sententiam latam in gradu supplicationis per Auditores Canceliarum. Sed in praxi; & secundum ius Regium contrarium dicunt Azeued. Auend. & Olanus, quorum opinionem admitterem, quando nullitas proponeatur coram exequutore, non si coram eodem iudice, qui sententiam tulit, aut aduersus exequitoriam Auditorum coram exequutore, nisi esset eidens, tunc admitteretur coram exequutore sententiæ alicuius inferioris, qui teneretur suspendere exequutionem, & remittere primo iudici: & quod Autor hīc dicit, procedit secūdūm legem sui regni, quā allegat.

### Additio ad Decisionem CCCXLIIII.

**N**ota primò ex hac decisione, quòd successor in maioratu non potest alterare, fundatoris voluntatem in præiudicium vocatorum. de quo vide latè Molin.lib. 1. de Hispanorum primoge. cap. 8. à num. 24. cum sequentibus.

Nota secundò ex lege Lusitanæ, nō posse clericum sua bona patrimonialia ecclesiastica efficere, nec relinquere Ecclesiae, ac per consequens non posse de eis instituere capellam, aut maioratū, in quo semper clericī succedant. Adde his Lamberti. in tract. iuris patronatus lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 4. & Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titulo de causa priuationis ob alienationem, limitatio-ne. 20. num. 1. & Aluarum Valascum consultatione. 27. nume. 7. vbi qui non potest alienare, non potest facere capel-lam de bonis prohibitis alienari.

### Additio ad Decisionem CCCXLV.

**N**ota, quòd quando res est solita emphiteoticari, non requiruntur in eius emphiteoticatione solennitatesquæ de iure requiruntur in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum. Adde Benintendū decisione Bononiensi. 13. Paris. conf. 85. nu. 11. lib. 4. Calcan. conf. 11. Rol. à Valle conf. 1. à n. 82. lib. 1. & cum pluribus Iul. Clarum lib. 4. senten-tiarum. §. emphiteosis, quæst. 6. Mascar. in tract. de probatio. 1. par. conclus. 75. vbi Redoan. & alios allegat, Caldas in tract. de renouatione cōtractus, quæst. 11. à nu. 30 & de solennitate præsumēda ob cursum temporis, latè eūdem. 2. par. q. 60 1. & 603. & in d. 1. par. concl. 74. & 75. & de his omnibus diximus la-tius in nostro libro. 3. quæstio. q. 23. de tit. & solennitate præsumenda, & decis. 323. alias. 325. & decis. 83. & 48. & decis. 16. & decis. 192. & decis. 156. & ad-de Alex. Raudensem in tract. de contrāctibus emphiteoticis fol. 68. num. 128. & num. 30. pag. 256.

### Additio ad Decisionem CCCXLVI:

**N**ota. 1. ex hac decisione, quòd fidei commissum inducitur ex verbis enuntiatiuis, & ex alijs coniecturis.

Nota secundò, quòd legatum reli-cum filio spurio, valet usque ad quantitatem alimentorum, & cessat, eo ha-bente unde se alat, & etiam si sit in cer-tum, valet.

Primo notabili adde Menoc. plures elegantē conf. 369. à nu. 3. lib. 4. Tibe. Decian. conf. 1. num. 301. lib. 1. Fabium Turretum conf. 81. à num. 65. lib. 1. eūdem Menoch. de præsumption. libro. 4. præsumption. 67. latissimè Manticam de coniecturis lib. 8. titul. 1. per totum. Simonem de Pretis in tract. de conic-eturis ultimarum voluntatum libro. 3. fol. 4. col. 4. fol. 80. fol. 77. & fol. 3. fol. 79. Mascar. de probatio. 2. parte, con-clusione

clusione 774. Crassum in libro sententiārum. §. fideicommissum, quæst. 4.

Secundò adde Anto. Gomez. Velaz. & alios in l. 9. & 10. Tauri, & ibi Ceruates à nu. 45. cum sequentibus. Cordubam de Lara in tract. de alimentis ad §. sed si filius, à nu. 120. & 132. Couar. in 4. 2. par. c. 8. §. 6. à n. 10. Palatios Rubios in c. per vestras, not. 3. §. 24. Castel. & Tellum Fernandez in d. l. 10. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. c. 15. à numer. 54. Rojas in tract. de successionibus ab intestato. c. 22. nu. 4. Laram in d. tract. ad §. idem rescripsit, num. 65. Crauettam cons. 199. lib. 1. & adde latissimè Matien. in l. 8. glo. 1. à nu. 16. cū sequentibus, titul. 8. lib. 5. recop. & adde etiam Crauettam cons. 219 num. 7. lib. 2. Doctorem Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 109. & 110. & Azeued in d. l. 8. à num. 10. & de incertitudine, quod nō vitiet fauore alimentorū, vide Meness; per tex. ibi in d. l. 1. C. de fideicommissis Menoch. de præsumption. libro. 4. præsumpt. 106. nu. 11. Tandem nostra decisiō in totum vera est, & procedit etiam extante dicta. l. 9. nam pater spurio diuiti non poterit alimenta legare, nec aliquid pro alimentis relinquere, nec ultra necessitatem alimentorum, quæ, ut in pluribus decisionibus supra dictum est, debent ei dari secundum qualitatē suæ personæ, & non parentis, licet qualitas patris aliquid addat, ut in quadam decisione diximus. nec etiā intra quintum potest relinqui filio habenti unde se alat, etiam pro alimentis, ut contra Couar. magis cōmuniter doctores sentiunt. Secus verò in matre & in patre respectu filij naturalis, cui ut extraneo potest legari intra quintum: fateor tamen, quod si spurius tempore relietti esset pauper, licet postea fuerit diues, non teneretur reddere relictum sibi solutū, quidquid dicat præsens decisio, quam nullus prædictorum allegat.

Additio ad Decisionem 374

CCCXLVII.

**A**dde huic decisioni, quæ diximus ad decisionem 70. & ad decisionem 192. & ad decisionem 93. & ad decisionem 26. num. 5. semper cōclusimus cōtra Autorem hīc cum Molin. & alijs, & magis communi opinione, bona maioratus nō posse præscribi per minus tempus quam immemoriale, licet in alijs Autorē sequuti sumus, excepto quo ad locāda vel emphiteoticāda bona maioratus per tempus longum ultra decem annos, in quo Molinam & magis communē sequuti sumus, licet in aliquo ab eo discesserimus.

Additio ad Decisionem 375

CCCXLVIII.

**N**ota duo ex hac decisione. Primum, quod filius non repræsentat patris personam quo ad succedendum patruo transuersali: de quo vide quæ latè diximus & distinximus decisiones 59. & 158. & 174. & in alijs locis ibi citatis, & super diximus, non procedere has decisiones, quæ non admittunt repræsentationem inter transuersales secundum legē 40. Tauri, & confutauimus periculofas extensiones Molinæ, & Gutierrez, cum Velazquez, & alijs: vide ibi.

Secundum, quod consensus potest interuenire post actum, & quod nō probatur ex sola præsentia: de quo vide dicta ad decisionem 27. & ad decisionem 215. & ad decisionem 72. & ad decisionem 168. & interim vide latissimè Mascard. in tract. de probatio. lib. 3. concl. 1219. & 1. part. conclu. 417.

Additio ad Decisionem

CCCXLIX.

**A**dde huic decisioni quæ diximus ad decisionem 250. alias. 251. & ad

f 2 deci-

## Secunda pars Additionum

decisionem. 262. aliás. 263. vbi late de materia egimus, & plures allegauimus. Addit tamen hæc decisio, quod præsentia consanguineorum purgat metū præcedentem, aut suspiciones metus: cui cōtradicit Autor, quando de metu cōstat, de quo vide Alcia. in tract. præsumptio. reg. 1. præsumptio. 21. & cum Grāmat. Crauet. Cæpol. & alijs infinitis, vide Me noch. in tract. de præsumptio. 128. Mascar in tract. de probatio. lib. 2. conclu. 151. à nu. 27. & notanter Meness. in. 1. transactionemque dominij. C. de transactio. vbi an metus purgetur ex præsentia consanguineorum, arbitrio iudicis dimitit: quod verum credo.

### Additio ad Decisionem CCCXLIX. aliás CCCL.

**N**ota ex hac decisione, quod testamento imperfectū imperfectione voluntatis, scilicet, quia defunctus perficere non potuit, non valet etiam quoad partem perfectam: & ita dicit iudicatu: de quo vide quæ diximus ad decisionē 221. aliás. 222. & decisionem. 46. & decisionem. 81. Vide etiam dicta per me lib. 1. quæstionum, quæst. 1. Ad id quod dicit Autor hic de voluntate minus solenni, an causet retentionem, vide Manticam de coniecturis, lib. 2. titul. 14. numero. 16.

Nota secundò, quod ex his verbis, Mea terça ha de ser de mi marido, non inducitur legatum, contra notata in dicta decisione. 81. & adde Bal. cons. 198. lib. 4. Crotum cons. 143. num. 30. Manticam de coniecturis lib. 3. tit. 12. Crassim in S. fideiconimissum. q. 4. à nu. 11. adde etiam Simonem de Pretis & alios allegatos ad decisionē 345. aliás. 343. & adde elegans consilium Sfortiæ. 64. libro. 1. per totum, qui in propria causa consuluit, latè in puncto Meno. in tract.

de arbitrarijs iudicum lib. 2. cent. 5. casu. 496. à num. 20. qui omnino vidēdus est, & certè verum dicit Autor, nam verba enuntiatiua, maximè de futuro, nisi vel propter fauorem piæ causæ, vel quia pluries sint geminata, vel constet ex alijs coniecturis de absoluta & perfecta voluntate, non disponunt, & ideo in omnibus & per omnia bene iudicauit præsens decisio, quidquid in quadam causa iudicatum fuerit in contrarium in Cancellaria Vallisoletana per contra Masc. & alios dicta in locis citatis.

### Additio ad Decisionem

#### CCC LI.

**N**ota ex hac decisione, qualiter furor & dementia probetur, & qualiter probetur sanitas mentis, de qua materia egimus ad decisionem. 46. & ibi plura citauimus, & interim vide Mascar dum in tract. de probation. 2. part. conclus. 1040. & conclus. 824. & 825. & 826. & 827. & vide quæ diximus ad decis. 303.

Nota secundò de valore donationis omnium bonorum cum reservatione susfructus, & alicuius quantitatis ad testandum, de qua egit Autor decis. 166. & 185. & 155. & nos in locis hic ab eo citatis, & ibi plura diximus.

Nota tertio, qualiter donatio insinuari debeat, & quando non sit necessaria insinuatio: de quo plura diximus post Autorem ad decisionem. 120. & ad decis. 163. & ad decis. 213.

### Additio ad Decisionem

#### CCCLII.

**N**ota hanc decisionem valde singularem, & bene disputatam, quæ continet, quod venditio mercis liberae ab omni tributo, comprehendit tributa praesentia, & non futura, nec ea quæ

ea quæ per casum fortuitum, & nunquā solitum nec excogitatum ex voluntate Principis proueniunt : & quòd factum Principis insolitum iudicatur casus fortuitus, & nunquam quis in generali obligatione censetur se velle obligare ad tales casus fortuitos. Adde huic decisioni Menoch. latissimè consil. 27. per totum. lib. 1. Crauet. cons. 95. num. 1. libr. 1. allegat Bald. cōs. 395. lib. 2. & eundē Crauet. cons. 233. numero. 1. lib. 2. Aluan. cons. 1. num. 5. Nenizan. consil. 91. numero. 5. Plures alios recenset Menochius d. cons. 27. à numero. 18. cum sequentibus, & vide Menoch. cons. 49. numero. 5. qui recenset Deci. cons. 4. Aluanum Valascum in tractatu de iure emphiteotico, quæstione. 27. à numer. 35. cum sequentibus : adde etiam Mariam Riminaldum cons. 154 libro. 1. & vide notanter Crauettam cons. 716. numer. 14. lib. 4. & 499. num. 1. & 957. nu. 3. lib. 5. & dicto consil. 716. nu. 13. & eleganter ad propositum eundem consil. 586. num. 3. & 811. nume. 14. Roland. cons. 45. nume. 3. lib. 3. Riminald Iuni. cons. 441. num. 47. lib. 4. Sebastian. Medicis in tract. de fortuitis casibus. 1. parte, quæst. 11. 12. & 13. Fabi. Turret. cōs. 31. Bursat. cons. 16. lib. 1. & 138. lib. 2. & cons. 151. num. 124. & 194. num. 16. Jacobum Leonium. cons. 21. Franciscū Becium cons. 82. lib. 1. per totum. Bonifacium Rogerium cons. 4. num. 14. lib. 2. & cons. 57. num. 16. lib. 1. & cons. 18. num. 15. lib. 1. & cons. 1. a num. 101. lib. 1. Tandem ex omnibus his & ab eis civitatis constat clare, veram esse nostram decisionem, & quòd iste fuit casus fortuitus, & damnum ex casu fortuito contingens post venditionem cedit damno emptoris, & quòd factum principis in solitum iudicatur casus fortuitus, ut per Crauettam in dictis consilijs, & quòd de his tam insolitis casibus in generali loquutione non censetur cogitatum.

## Additio ad Decisionem

## CCCLIII.

**A**dde huic decisioni Molinam hic citatum, & adde dicta ad decisionem 308. alias 310. notabili. 4. & adde Caldas in tractatu de renouatione emphiteosis. quæst. 11. per totam. Et adde quòd licet opinio huius decisionis in rigore verior sit, in præxi tamen non servatur in his regnis, sed solum opinio Couar. & adde etiam Auend. respon. 5. & quæ latè diximus ad decisionem 135.

## Additio ad Decisionem

## CCCLIII.

**A**dde decisionem 233. alias 235. & quæ tibi diximus, & vide Caldas ibi allegatum, & adde Menoch. cons. 106. num. 67. lib. 2. pondera hanc decisionem, in quantum dicit posse nominari filios secundi matrimonij, non existentibus filijs primi, etiam si prima vxor, & filij eius fuerint nominati ex præsumpta concedentis mente : quòd dubium maximè est, & contra dicta in dicta decisione, nisi defēdatur ex eo quòd tres vitæ sunt expressæ, & emphiteosis erat hæreditaria. Cogita in actu prædicto, & vide dictum Caldas, qui melius alijs rem disputat.

## Additio ad Decisionem

## CCCLV.

**A**dde decisionem similem huic. 180 & quæ ibi diximus, & adde in materia dispensationis, an trahatur in præiudicium tertij, & litis pendentis super delicto, de quo dispensatum est, Oldrad. consil. 299. Hericum & Bellameram in cap. fin. ut lite pendente, Decium in cap. at si clerici. §. de adulterijs, à numero. 152. de iudicijs. Anton. Gabriel. libro. 2. communium resolutionum,

## Secunda pars Additionum

titulo de iudicijs, conclusione. 2. & 3. & cum Menoch. Parisio, Ferroto & alijs, vide Lancelotum in tract. de attentatis, 2. parte, cap. 4. limita. 2. 1. & de dispensatione & indulgentia Principis, aii exten datur ad maioratum perditum, aut ad bona confiscata & perdita, vltra repente tes in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis, addc latissimè Sfor tiam in tract. de in integrum restitutio ne. 2. parte, quæstione. 94. 95. 96. 97. 98. & Menoch. de recuperanda posse fessione, remedio. 10. à num. 101. & latissimè & melius quam alibi per Marcum Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci, libro. 5. titulo. 2. Vide etiam e legans consilium Bursati. 187. libro. 2. Tandem in casu huius decisionis, quia reus non erat condemnatus, nec bona fisco, nec tertio applicata, ex æquitate contrarium tenerem, & contrariū iam vidi iudicatum.

## Additio ad Decisionem CCCLVI.

**A**dde huic decisioni latissimè Molinam in tractatu de primogenijs, libro. 1. cap. 25. per totum, qui allegat elegantem decisionem Afflictis, vbi vide Vrsillum drcisione. 101. & Burgos de Paz consil. 21. & adde text. in l. 7. titulo. 13. libro. 4. recopilation. & text. & iura quæ allegat Burgos de Paz in dicto consil. & l. 13. titulo. 10. libro. 5. re copilation vbi Azeued. & Matien. & l. 3. titulo. 3. libro. 7. eiusdem libri, & adde l. 1. titulo. 20. libro. 2. recopilatio. & ibi Azeued. & vide Gregor. Lopez in l. 2. titulo. 10. parte. 2. & in l. 6. titulo. 4. par tit. 3. & Guillermum Benedictum in cap. Raynitius, verbo. *Duas habens filias*, à nume 36. de testamentis, & Boer. decisione. 149. & Albertum Brunum consil. 92. & Rebuffum in 2. tomo ad olunt

ll. Galliae, & in alijs locis citatis à Bur gos de Paz vbi sup. qui Corneū & alios allegat, decisioq; præsens vera est, & ad alia quæ decisio dicit, addc Menoc. con fil. 51. & 52. lib. 1.

## Additio ad Decisionem CCCLVII.

**N**ota primò ex hac decisione, contra sententiam transactam in rem iudicatam allegari posse de iniustitia, si pars fuit admissa ad allegandum & probandum, & aduersarius non contradixit.

Nota secundo, quod per inuentariū probatur ætas filij.

Nota tertio, quod defectus manda ti non sanatur ex ratificatione tacita vel expressa, quando lex aperte manda tum requirit.

Nota quartò, quod conditiones cen sentur repetitæ in substitutionibus ad perpetuitatem maioratus.

Nota quintò, quod non fit digressio de una linea ad aliam, ad excludendum fœminam filiam ultimi possessoris, sed semper fœmina de linea possessorū præ fertur transuersalibus.

Nota sextò, quod proximior ultimi possessoris præfertur semper in succe sione maioratus, etiam si testator dixerit, Proxiiores meos, aut de me.

Notabili primo adde Ias. post Innocent. in l. patre furioso, à num. 22. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Felin. in cap. quoniam contra falsam, nume. 29. de probatio. & adde Grego. in l. 13. tit. 11. par. 3. latè Robertum Lancelotum in tract. de attentatis. 2. par. c. 4. lim. 15. à nu. 14. Azeue. in l. 4. à n. 4. tit. 17. li. 4. recopilatio. & in l. 1. tit. 21. num. 16. co. lib. 4. & in l. 3. numer. 9. tit. 2. cod. libro. Rarò tamē in praxi, aut nunquam hæc doctrina seruatur.

**Secundò adde latè Maser. in tract. de proba-**

probatio. part. 2. conclusione. 669. 670.  
671. 672. 673. 674. 675.

Tertio dicto adde Imol. in cap. cum  
in iure peritus, nu. 25. de officio deleg.  
Menest. in. l. vbi pactum, num. 10. & 12.  
C. de transaction. Boeri. decision. 171. à  
num. 20. & adde cum Rebuffo, Azeue,  
in dicta. l. 3. à num. 9. 10. 11. 13. & in l.  
fin. à num 6. titul 21. lib. 4. recopilatio.  
Resolutio est, quod mandatum potest  
ratificari, gesta scilicet per procurato-  
rem assertum posse ratificari per domi-  
num, antequam à parte sit oppositum,  
siue in via exequutiua, siue ordinaria, &  
de consensu tacito ex presentia vide Ma-  
tien. in. l. 3. titulo. 3. à numero. 5. libro. 5.  
recopilation. & licet ex ibi allegatis vi-  
deatur sufficere tacitus consensus ad ra-  
tificationem mandati, tamen quod no-  
stra deciso dicit, semper practicatur.

Quarto dicto adde quæ latè dixi-  
mus ad decisionem. 27. & ad decisionem  
224. alias. 225.

Quinto dicto adde in terminis Bur-  
gos de Paz consil. 29. per totum, & Mo-  
lin. libro. 3. de primogenijs capit. 4. per  
totum. Velazquez de Auendaño in leg.  
27. Tauri glo. 2. numer. 10. & adde quæ  
diximus ad decisionem. 93. & 59 & 158.  
& 164. & 337. alias 339.

Sexto dicto adde latè dicta ad deci-  
sionem septimam in proprijs terminis,  
& conclude, quod nisi ex coniecturis  
& verbis testame iti constet foeminas  
exclusas, bene iudicatum est in præsen-  
ti decisione, & sic pluries in his regnis  
iudicatum est.

### Additio ad Decisionem 355 CCC LVIII.

**N**ota singularem decisionem con-  
tra mentem Autoris, quod dos pro-  
missa consanguineo pro matrimonio  
contrahendo ex dispensatione summi  
autoris.

Pontificis, præfertur doti contractæ me-  
dio tempore ante aduentum dispensa-  
tionis, nec dispensatio trahitur retro in  
præjudicium tertij, cui est ius quæsitū.  
Adde tex. cum glo. in. l. si sponsalibus.  
ff. de iure dotum, & Campegrī in tra-  
ctatu de dote, parte. 1. quæstione. 93. nu-  
mero. 4. & Bald. Nouellum de dote,  
membro. 14. in conuenientijs inter do-  
tem putatiuam & veram, conuenientia  
3. & 2. & conuenientia. 1. & de ratiha-  
bitione. Tiraquel. in tractatu de retrac-  
ctu, libro. 1. §. 1. glo. 10. à numero. 69.  
cum sequentibus, & glo. 18. à numero  
82. & adde optimè ad propositum Ne-  
gussantium in tractatu de pignoribus,  
5. parte, membro. 2. versiculo *Sexto de-*  
*cimo*, à num. 10. cum sequentibus. Mar-  
cum Antonium Peregrinum in tracta-  
tu de iure fisci, libro. 5. titulo. 2. per to-  
tum. Adde etiam Parisium cons. 18. li-  
bro. 1. Bursat. consil. 44. à nume. 9. libro  
1. & consil. 40. num 14. & consil. 33. nu-  
6. Osascum decisio. Pedemon. 119. nu-  
23 Resolutio huius decisionis est vera,  
quidquid Gamma dicat, quia contra-  
ctus à principio ex parte dantis dotem  
fuit licitus, imò etiam ex parte recipien-  
tis, si recipit sub conditione dispensatio-  
nis, vel alias bona fide, & per expressam  
obligationem præfertur doti posteriori  
non ex priuilegio dotis, sed ex ipso iure  
communi: argumento notatorum in. l.  
assiduis. C. de iure dotum latè Couar.  
lib. 1. variarum. c. 7.

### Additio ad Decisionem 356 CCCLIX.

**H**AEC decisio tractat de pacto de nō  
alienando, an impedit translatio-  
nem dominij. Materia trita est: vide  
tex. & autores in l. si creditor. §. fin. ff.  
de distractione pignor. & ad proposi-  
tum decisionis vide Tiraquel. de re-  
tractu libro. 1. in præfatione à num. 15.

## Secunda pars Additionum

Auend.in responsis,respōsio.12. Gutierrez lib.2.practicarū,quæst.167.&168.  
& alia allegat Felicianus, de quo infra.  
Guid.conf.49.Decius conf.613.Riminal.in.l.traditionibus.C.de pactis.Natta & Moli i.ad Alex.conf.10.lib.1.Anton.Gome.variarum tomo.2.c.2.num.  
29.Caballinus in milleloquio.595.par.  
2.Couat.lib 2 variarum c.15. à nume.  
3.Afflictis decisione.326.Tiraquel.de  
constituto.1.parte,nume.37.Menoch.  
de recuper.remedio.1.quæst.22.Anto.  
Gomez.2.tomo variatum, cap.3.num.  
9 Caballin. in milleloquio 633.parte  
2.Boer.decis.200.Caualcan. decis.16.  
parte.1.Azeued.in.l.fin.titul.10 nume.  
14.lib.4.recopil Rebuff. 1. tomo ad II.  
Gallicas, tit. de litterarum obligationi-  
bus, articulo.2.glo.9.à num.28. & glo.  
1.à nume.63. & glo 3.à nume.22.Do-  
ctorem Paz in sua praxi, tomo. 1. parte  
4.cap.1.à num.49.Dueñas regula. 24.  
Auend.ad.l.4.de las excepciones, numer.  
26.Intellige tamen ad præsentem deci-  
sionem, quod si cum pacto apponatur  
hypotheca specialis, pactum impedit  
translationem dominij ex dicto. §. fin.  
& potest res retrahi pro tanto, nisi pa-  
ctum in censibus apponatur: quod non  
practicatur, vt semper consului, & vidi  
iudicatum contra ea quæ Gutierrez v-  
bi supra dicit; cui adde Fellicianum in  
tractatu de censibus lib.3.cap.6.& lib.  
1.cap.10.

Additio ad Decisionem 357

CCCLIX. alias

CCCLX.

Nota, quod quando matrimonium  
separatur quo ad torum culpa viri,  
uxor lucratur medietatem bonorum lu-  
catorum durante diuortio, secus si abs-  
que vllijs culpa, cui adde cum Auenda-  
no, Segura & alijs quos allegat, Ioann.  
Garcia in tract.de acquæstu, à nu. 163.

& Gutierrez in tract. de iuramento cō-  
firmatorio.1.par.c.1.à nu.56.Coua.in  
4.par.2.c.7.§.1.à nu.6.Auend.respon-  
so.20.limit.6.Castell.in.l.16.Tauri,nu.  
52.Dida.Perez.in.l.4.tith.4.lib.5.ord.  
fol.164.col.1.Matién.in.l.2.glo.1.à n.  
42.& ibi Azeued.à nu.14 qui nostram  
decisionem refert,tit.9.lib.5.recopi.

## Additio ad Decisionem

CCCLXI.

Nota, quod quæsum ex hæreditate  
vel legato aut donatione constante  
matrimonio, non dicitur acquisitum,  
nec ad eius communicationem societas  
coniugalis extenditur, nisi aliter dedu-  
catur in pactum, saltem per verba nimis  
generalia. Adde Anton.Gomez in.l.53  
Tauri nu.72. & tex. & ibi Azeu. & Ma-  
tien.in l.3.tit.9.lib.5.reco.maximè Ma-  
tien.ibi glo.1 qui Greg.& alios allegat,  
latè Ioan.Garciam de acquæstu, à nu.  
120.

## Additio ad Decisionem

CCCLXII.

Nota, quod in generali donatione  
non cōprehenditur ancilla quā do-  
nans vt filiam diligebat, & ab alio habe-  
bat recommendatam, quia in generali  
obligatione non continentur quæ quis  
in specie verisimiliter non esset conces-  
surus. Adde latissimè Ripam, quem mi-  
nor Autorem non allegare, in.l. obliga-  
tione generali, h̄ic citata, & adde Fabiū  
Turretum conf.61.ànum.70.libro.1.&  
elegantem doctrinam Bonifacij Ruge-  
rij conf.41.numer.40.lib.1. qui allegat

Ang.conf.248.col.2.Facit Soci. & om-  
nes in.l.cū quid ff.si certū petatur.Con-  
firmatur decisio, quia verba quantunis  
generalia restringuntur in favorem per-  
sonæ dilectæ, ex leg. decurionibus, vbi  
glo.Barto.& Platea.C.de silentiarijs, li-  
11.latè Rip.in.l.1.nume.58.ff.de vulg.

Alciatus

Alciatus in tract. de verborum signifi. lib. 1. pag. 33. latè etiā Aluarado in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 4. c. 1. à num. 2. cum sequenti bus, latè Tiraq. in 1. si vñquā, in verbo *libertis*, à nu. 79. de reuo. donat. Couarru. in cap. requisiſti, a nu. 6. de test. Manti. de coniecturis lib. 6. tit. 11. a nu. 25. elegantissimè ad propositum huius decisionis agit Simon de Pretis in tract. de interpret. vltimarum voluntatum, lib. 1. interpret. 2. dub. 2. à num. 35. ex quibus patet, æquam & veram esse hanc decisionem.

## Additio ad Decisionem

CCCLXIII.

**N**ota ex hac decisione, quòd pupil-  
lae minori septennio, aut décēnio,  
habitati cum auunculo, non solum nō  
debetur falarium, sed alimenta debet  
ex bonis proprijs soluere, & quādo post  
nouennium aliqua seruitia faciat, com-  
pensanda sunt cūm alimentis. Habes si-  
milem decisionē supra decisione. 216.  
vide Bursat. Laram, & alios ibi per me  
allegatos, & quod ibi diximus verū est  
ad hanc decisionē.

Additio ad Decisionem 361  
CCCLXIII.

**N**ota primō, nominationem ad em-  
phiteosim non posse probari testi-  
bus nec confessione, sed necessariā esse  
scripturam.

Nota secundo, quòd non obstante  
temporis cursu, præsumitur finita em-  
phiteosis ex successione trium persona-  
rum, & non præsumitur renouata in fa-  
uorem quartæ, non obstante libro cen-  
suali, & quadam eius inscriptione.

Nota tertio, quòd pater possidens  
emphiteosim nemine filij à matre no-  
minati, non potest ei præjudicare, nec

petere renouationē in eius fauoren,  
scilicet patris.

Nota quarto, quòd filius vltimi pos-  
sessor is potest petere renouationē em-  
phiteosis, exclusa nouerca, quæ iam  
ante à impetraverat.

Primo dicto adde Mascard. de pro-  
bat. lib. 2. conclus. 602. & 604. & Alua-  
rum Valascum in tract. de iure emphiteo-  
tico, quæst. 7. maximè ad punctum,  
nu. 28. & num. 11. Ego nō reperio, quòd  
nominatio requirat scripturam, & si re-  
quirit, confessione aut quinque testibus  
potest probari, vt per dictos, hæc tamen  
confessio tertio nō præjudicabit, nec  
inconuenit quòd sit facta in alio iudi-  
cio, vt per Valascum consul. 33. Mascar.  
in tract. par. 1. conclus. 384 num. 19.

Secundo notabili adde latissimè Me-  
noch. in tract. de præsumptionibus lib.  
3. præsumpt. 108. 109 & 110. & pluries  
supra diximus, & Mascard. vbi supra,  
conclus. 605. Credo, quòd si tēpus fuif-  
set longissimum, etiā renouatio præ-  
sumeretur. vide Caldas in tract. de reno-  
uatione emphiteosis, quæst. 2.

Tertio adde latè in punto dictum  
Senatorem Caldas, quæst. 16. in d. tract.  
de renouatione.

Quarto adde eundem Caldas in d.  
tract. de renouatione, quæst. 9. per to-  
tām, & quæst. 13. à num. 9. Ex quibus omnibus mihi videtur,  
quòd si quatuor illæ personæ possede-  
runt per tempus longissimum, saltim  
sexaginta annorum, quòd non benè iu-  
dicauit Senatus, de quo vide dicta ad  
decisionem. 297. aliás 299. vel 298. &  
144. & decisione. 48. & decisione 43. &  
decisione 26. & decisio. 244. aliás 245.  
vel 246. & decisione 7.

Additio ad Decisionem 362  
CCCLXIII, vel  
CCCLXV.

## Secunda pars Additionum

**A**dde huic decisioni, quæ diximus ad decisionem. 179. & ad decisionem 52. nihil enim amplius hic addendum restat.

### Additio ad Decisionem CCCLXVI.

**H**Vic decisioni adde aliam similem decisione 279. vbi plura diximus, & allegauimus leges huius regni, quæ agunt de concordia inter regnum Castellæ, & Lusitaniæ, ibi vide: & est in meo num. 280. adde etiam dicta ad decisionem. 179. in medio.

### Additio ad Decisionem CCCLXVII.

**N**ota, quod fructus percepti ex melioramentis, non restituit possessor vllus, etiam malæ fidei, nec compensantur etiam cum impensis, contra opinionem quorundam Auditorum modernorum. Hæc decisio elegans est, & ei adde Aluarū Valascum, qui in puncto de materia agit in tract. iuris emphiteotici, q. 25. à nu. 26. & Menoch. in tract. de recuperanda possessione, remed. 15. quæst. 50. nu. 609. Ioseph. Ludouicum in Rota Lucana decisione. 7. nu. 12. Re doan. in tract. de rebus Ecclesiæ. §. de emptore, nu. 4. & §. si verò, num. 9. Caualcan. decisione. 28. num. 8. part. 1. decisionem Perusinam. 34. Caualcan. decisione. 44. & in iudice, verbo, *melioramenta, & expensas* num. 1. & num. 3. & decisione. 45. nu. 67. latissimè & melius quam alibi Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 23. à num. 54. cum sequentibus. Certè licet in pucto iuris dubia & con trouersa videatur haec opinio, tamen in praxi frequentius seruatur, & semper consulo seruandam iudicando, & consulendo, quia æqua est.

### Additio ad Decisionem CCCLXVIII.

**D**E hac decisione vide quæ diximus ad decisionem 106. vbi materiam traximus, & plures in puncto allegauimus: & adde etiam dicta ad decisionem 226. alias. 227. & decisione. 58. & interim vide notanter Anton. Tessaurū in sua decisione Pedemotana noua. 111 & Seraphi. in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 71. nu. 10. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 6. Bursat. consi. 205. num. 23 lib. 2. Rolan. consi. 98. nu. 15. lib. 1. Affili etis, & ibi Vrsillum in additione decis. 202. & an milites nostri temporis gaudeant priuilegijs militaribus, vide eundem Præsidem Tessaurū vbi supra, nu. 5. & Gutierrez vbi supra, num. 9. Auen. in dictionario suo, verbo, *Cauallero*, Didacum Perez in l. 1. col. 12 18. tit. 1. lib. 4. ordinamen.

### Additio ad Decisionem CCCLXIX.

**H**Æc decisio tractat illam solennem quæstionem, de qua diximus latè ad decisionem. 186. quæ cum ista concordat: & ad id quod dicit, quod uxor tenetur ex bonis dotalibus soluere æs alienum, in nostro regno iam nullum dubium est ex l. Tauri hæc citata, quæ est recopilata in titu. 9. lib. 5. recopil de qua vide Azeuedo, & Mantienço ibi: imo attende, quod fere semper, quando maritus accepit pecuniam mutuo ad alendam uxorem & familiam, si ipsa non sit obligata, etiamsi maritus non sit soluendo, non compellitur uxor ad soluendum ex bonis proprijs dotalibus: & licet Gamm. hæc, & in dicta decisione 186. id tenuerit cum Palatios Rubios, raro tamen practicatur, ideo notanda est præsens decisio.

### Additio ad Decisionem CCCLXIX. alias CCCLXX.

**Hæc**

**H**AEC decisio singularis est, scilicet, quod substitutio facta mentecaptæ de duabus sororibus, iuxta dispositionem tex. in l. humanitatis. C. de impuberum & alijs, comprehendit filiam sororis, cū auuncula matre decedente in vita mē tecaptæ: & pluralitas resoluitur in singularites, scilicet si sororibus substituti sūt filii earum, cui libet earum per se intelligitur facta substitutio ex. leg. Lucius. §. Caio, ad Trebell. & ex. l. hæredes mei. § cùm ita, eod. titul. de qua materia vide latissimè ambos Socinos, Zanchum, Torniel, & alios in d. §. cùm ita Alex. Ias. Curt. Iun. in l. fin. C. de impuberum & alijs. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumptio. 62. & magis aptè ad propositum Alex. Trintacinquum in tract. de substitutio. part. 2. cap. 6. à num. 9. & de substitution. exemplari eundem part. 3. cap. 5. à num. 5. Sfortiam in tract. de compendiosa, part. 4. quæstione 8. Doctorem Spium in tract. de testamētis, glo. 14. à nume. 18. Crassum in tract. sententiarum. §. substitutio, quæst. 48. aut. 47. & quæst. 79. per totam, maximè in terminis nostræ decisionis, à numer. 15. in terminis dictæ. l. humanitatis. nullus eorum quos ego viderim, ponit dictam conclusionem, nec eius quæstionem, salua tamen pace tanti Senatus, suspectam eam puto, quia nepotes ex fratribus existentibus fratribus, non possunt substitui furioso, aut mentecaptæ in terminis dictæ legis, ut ibi fatentur omnes. Minus ergo de eis intelligetur dicta substitutio, præsertim quia caducato primo gradu, pereunt ab eo profuentes. Cogita.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXI.

**A**DDE huic decisioni quæ diximus ad decisionem. 63. hic citatā, quæ est huic similis. Vide ibi, quia nihil aliud

addendū restat, & verum existimō quod ait, & addit hæc decisio, scilicet, quod si adulterium non sit clarum, aut lata sententia, non pateat marito licentia, ultra simplex exilium, aliam grauem poenam corporalem infligere.

Additio ad Decisionem 369  
CCCLXXII.

**N**ota ex hac decisione, quod pactū denegans audientiam & omnia pacta, nisi requirant industriam personæ, & sint nimis personalia, ut scilicet, pactum, quod talis sit depositarius, transcurrunt ad hæredem, & contra hæredem. & etiam pactum de capiendo, & exequendo, quæ videntur personalia; & quod pactum nō extenditur de una persona ad aliam: de quo vide lat. Tiraq. in tract. de retract. libr. 2. §. 1. glo. 6. per totam, & lib. 1. §. 1. glo. 9. à num. 12. 9. & Menoch. in tract. de adipiscenda remedio 5. nu. 97. & nu. 106. & Anto. Gabr. lib. 5. conclusionum, conclus. 8. à nume. 31. & Gotiffredum in sua praxi, tom. 2. folio. 1590. latissimè Petrum Pechi. in tract. de iure sistendi, cap. 1. num. 10. 11. 12. & 13. & dictū Dionysium Gotiffredum ubi supra, fol. 598. & fol. 603. Rebuffum in 1. tomo ad ll. Galliæ, titul. de lit. obligatorijs. ait. 6. glo. 3. à nu. 14. Xuarez in repet. l. post rem iudicatam, extensione. 1. num. 10. Azeuedo in l. 1. à num. 109. & in l. fin. à num. 20. titul. 21. lib. 4. recopil. Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. part. 3. §. 3.

Nota secundo, quod exclusio exceptionum per statutum, intelligitur de frivolis: quod est utile ad d. l. 1. recopil. de quo vide Azeued. ibi à numer. 176. & à nu. 159. & à nu. 180. & Gutier. lib. 2. prædictarum, quæst. 19. & vide ad propositum latissimè Albertū Brunum in tract. de statutis & consuetudinibus, verbo, ex cipere, per totum.

Additio

## Secunda pars Additionum

### Additio ad Decisionem CCCLXXIII.

**N**ota tria ex hac decisione.  
Primum, quod sufficit fides notarij, licet de tenore scripturæ, cuius fit mentio in aliquo contractu, non apparet, in præiudicium contrahentium.

Secundum, quod arrhæ debetur iuxta quantitatem dotis solutæ.

Tertium, quod pars dotis à marito remissa pro soluta habetur.

Primo dicto adde Ang. in. l. si donatio. C. de donatio. Bursa, consi. 24. à nu. 10. lib. 1. Curt. Iun. conf. 166. n. 3. & 14. Ceph. consi. 177. num. 40. lib. 2. Socin. Iun. consi. 57. lib. 1. Craue. in tract. de antiquitate temporis, part. 2. versi. ex p. missis, Aymon consi. 88. ad finem lib. 1. & cum Vitali, & alijs Mascar. in tractat. de probatio. part. 2. conclusio. 1101. n. 6. & 10. & 71. à num. 31. & 52. Crau. consi. 196. nu. 6. Nattam conf. 483. nu. 8. & 9. & adde elegantissimum consiliū ad propositū Prosperi Pasethi, qui plura refert. 72. à num. 60. cum sequētibus, & conclude, quod consensus expressus vel tacitus partium operatur id quod dicunt est, alias falsum esset.

Secundo dicto adde Xuarez in. l. 1. col. 1. tit. 2. de las arrhas, lib. 3. fori. Matien. in rubrica titu. 2. glo. 2. nu. 4. lib. 5. recop. Couarru. in. 4. 2. part cap. 3. §. 7. nume 7. Aluarum Valascum consult. 2. à num. 7. & ad punctum vide Aluarum Valascum consult. 3. per totam, qui approbat nostram decisionem, & dicit sic practicari, & num. 5. allegat Xuarez & alios, & adde etiam ad punctum notanter Baezam in tract. de non meliorandis, cap. 32. à num. 18. allegat Afflictis decis. 242. & decis. 333. Ad id quod Author in hac decisione in fine dicit, quod arrhæ deducuntur de aceruo, addedita ad decisionem. 308. alias 310.

Tertio dicto adde eundem Matth.

Afflictis, Valascum in fine, & Baezam, & eundem Baezam in d. tract. cap. 24. & DD. in l. singularia. ff. si cert. petatur. Et facit, quia maritus est dominus obligationum datarum in dotem, & cedunt eius periculo, ut cum pluribus iuribus probat Ioan. Garcia de expensis, ca. 13. Ex quibus patet, bene iudicatum in hac decisione.

### Additio ad Decisionem CCCLXXIII.

**N**ota, quod promittens vendere, potest alij vendere, & potest pœnitere ante confessam scripturam, si requirebatur. Adde ad propositum dicta ad decisionem. 43. & adde latissimè Tiraqu. in tract. de retractu, lib. 2. ad finem tituli, à num. 56. cum præcedentibus & sequentibus. Matienz. in. l. 6. tit. 6. glo. 7 à nu. 4. & in. l. 2. glo. 7. tit. 16. lib. 1. recop. Auend. respons. 12. Gutierrez lib. 2. praticarum, quæst. 167. Hipp. Rimini. cōsi. 52. lib. 1. & vide quæ dixi ad decisionē 206. aut 207. nu. 7. Conclude, quod promittens vendere, compellitur vendere, & si non faciat, tenetur ad interesse: si tamen alij vendat, valet venditio. De alijs verò dictis in hac decisione, diximus in locis citatis, quid iure regio tenendū sit.

### Additio ad Decisionem CCCLXXV.

**N**ota, quod si probatio casus requirat scripturam, & ex dispensatione Principis sufficiat probare per testes, sufficiunt duo, & non sunt necessarij quinq;. Adde Aluarum Valascum de iure emphiteotico. quæst. 7. & quia alias gratia Principis nihil operareret; arg. l. si quando. C. de in officio. testamento, & quia res de facili redit ad suam natu-ram, vt in. l. si vobis. §. pactus ne peteret, & ibi

& ibi Orosius. ff. de pactis. & adde Sfor-  
tiam consi. 100. a num. 85. lib. 1.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXVI.

**N**ota, quod pater filij administrato-  
tor potest renuntiare commisso in  
emphiteosi filij, maximè si res dubia sit.  
Adde in argumentum quæ notat Bai-  
za in tract. de nō meliorandis, cap. 24.  
per totū. Adde etiam Pin. in l. 1. 3. part.  
a nu. 102. versic. *ilia ampliatio*. C. de bo-  
nis maternis, & a num. 44. & in puncto  
eleganter Socin. consi. 66. num. 20. lib.  
3. Corn. consi. 187. num. 1 lib. 1. Aurel.  
**C**orbulum in tract. de causis ex quibus  
amittitur emphiteosis, tit. de causa pri-  
uationis ob non solutum canonem, li-  
mit. 125. a num. 17. qui secundum hanc  
opinionem concludunt. Limita, nisi es-  
set in filij damnum habere, talem em-  
phiteotam.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXVII.

**A**dde huic decisioni Autores om-  
nes. maximè Purpuratum in l. cum  
quid, hic allegata, & Albanum ad Batt.  
in l. Paulus, de solutionibus, & adde la-  
tiissimè & melius quam alibi per Alber-  
tum Brunum in tract. de augmēto & di-  
minutione monetarum, part. 1. per to-  
tam : & dominum episcopum Couarr.  
in tract. veterum collatio numismatū,  
cap 7. S. vnicō & sequenti, per totum, &  
adde Caballinum in tract. de contracti-  
bus, quæst. 10. & quæst. 93. & Matienzo  
in l. 2. glo. 8. tit. 13. lib. 5. recop. & Azeu.  
in l. 6. titu. 2 1. lib. 5. recopil. Doctorem  
Gutierrez lib. 2. practicarū, quæst. 179.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXVIII.

**H**æc decisio singularis est, & quoti-  
die in praxi contingens, quæ dispo-

nit, q̄ filia cōsentiente pātre, & volens  
religionem profiteri, potest absque iu-  
ramento renuntiare suecessionem fu-  
turam, & præiudicabit monasterio, etiā  
si ea professa obueniat hæreditas, &  
iam aliquibus vicibus habui in praxi,  
& obtinui: cui ultra Couarru. & Gutier-  
rum hic citatos, adde Burgos de Paz  
consi. 5. per totum, & decisionem capit.  
16. sessione. 25. in facto Concilio Tri-  
dētino de reformatione, & adde nouis-  
simè Bursatum consi. 52 1. a num. 6 cum  
sequentibus lib 4. & adde latissimum  
& elegantissimum consiliū Putei post  
consilia Sfortiæ, per totum, & melius  
ad punctum adde Paul. & Imol. in l. qui  
superstitis. de acqui. hæred. Paul. & Ale-  
xand. in l. pactum quod dotali. C. de  
collatio. Corne. consi. 272. lib. 3. & Do-  
ctorem Spino in tract. de testamentis,  
glo. 12. a nu. 5 1. & Tellum Fernandez  
in l. 6. Tauri. a nu. 6 1. Couarru. in cap.  
1. num. 20. de testamentis, & in cap. quā  
uis pactum. 3. part. §. 2. in principio, de  
pactis in. 6. Gutierrez in d.c. quamvis  
pactum in principio a num. 6 1. & ver-  
sicu. *dum nāp:ui trad: batur*, in principio.  
Tandem duæ sunt communes contra-  
riæ, sed vera est nostra decisio, & secun-  
dum eam quotidie iudicatur.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXIX.

**N**ota, quod pater tenetur dotare  
etiam filiam nuptam sine dote, &  
diuiteim, quæ alias habet vnde se do-  
tet: mater verò solum modo filiam ino-  
pem, quæ non habet vnde se dotet. Ad-  
de Rip. nume. 70. Paris. num. 100. Bolo-  
gnet. num. 94. in l. 1. ff. solut. matrimo.  
Meness. in authentica res quæ a num.  
72. C. communia de legatis, decisionē  
Perusinam. 2 1. num. 20. Spino de testa-  
mentis glo. 10. a num. 12. cum sequenti-  
bus, & l. 8. tit. 1 1. part. 4. Couarr. in. 4. 2.  
parte

## Secunda pars Additionum

parte, cap. 3. §. 8. à nu. 8. Baczam de non  
meliorādis dotis ratione filiabus, capit.  
5. à num. 3. Palat. Rubios in cap. per ve-  
stras 3. notabili. §. 22. num. 4. Mexiam  
ad l. Toleti. 1. part. fundame 10. 2. à nu.  
34. Guiller. Benedict, in capit. Raynu-  
tius, verbo, *totem quam ei dederat*, num.  
24. de testamentis. Greg. in l. 6. titu. 19.  
part. 4. Ioan. Garciam de expensis, cap.  
4. à nu. 22. & in puncto de matre adde l.  
2. titu. 1. part. 4. & Greg. in l. 3. tit. 19.  
part. 3. Mol. lib. 2. de primogenijs, cap.  
15. nu. 2. Ioan. Garcia. de expensis cap.  
3. à nu. 29. & facit dicta l. 3. latè & ele-  
ganter Spino vbi supra, à num. 36. Ma-  
rienz. in l. 7. glo. 7. à nu. 7. tit. 9. lib. 5. re-  
cop. Prosperus Pasethus conf. 52. num.  
23. lib. 1. & quia hæc cōclusio vera est,  
nihil amplius illi adendum est.

### Additio ad Decisionem

CCCLXXIX alias  
CCCLXXX.

**N**ota duo ex hac decisione.

Primum, quod Abbas & conuen-  
tus non possunt monacho concédere  
emphiteosim cum facultate nominan-  
di personas, quia proprium habere non  
potest, nec persona ab eo nominata ius  
aliquid consequitur. Secundum, quod  
filia spuria monachi nominari non po-  
test, nec per tēpus ut nominata præscri-  
bere emphiteosim.

Ad secundū adde latissimè Senato-  
rem Caldas, qui hanc nostrā decisionē  
allegat in tract. de nominatione quæst.  
19. à nume. 75. & à nume. 78. & 79. qui  
allegat Balb. de præscrip. 4. part. 4. par-  
tis. q. 18. Pinc. in rub. de bonis maternis  
fol. 26. Crauet. de antiquitate tempo-  
ris. fol. 13. num. 10. Menoch. illustrium  
controversium. q. 81. nu. 28. Tiraq. de  
primog. q. 30. à n. 9. & adde nostrū Au-  
torem, & quæ ibi diximus decis. 149.

Ad primum adde eundem Caldas in  
d. tract. quæst. 6. & de renouation. q. 19.  
à nu. 6. & 7. & Spinum de testamentis,  
glo. 12. à nu. 20. Bertachi. in repertorio,  
verbo, *monachus acquirit*, & verbo, *mona-  
chus succedit*. Conclude, quod nec mo-  
nachus potest cōstitui verus emphiteo-  
ta ab Abbat, nec ipse nominare ex pro-  
prio contractu, nec nominare suū filiū  
spurium: absurdū enim nimis mihi vide-  
tur, existimare, quod monachus etiā ex  
licentia Abbatis possit acquirere ius ir-  
reuocabile ex contract. sibi aut alij: hoc  
enim est proprium habere, & sic existi-  
mo, iuste & sancte iudicatum esse in hac  
decisione. Cogita.

### Additio ad Decisionem

CCCLXXXI.

**N**ota ex hac decisione, quod legatū  
factum alicui nomine proprio, si  
sit aliis eiusdem nominis, debetur ei  
qui magis propinquus, dilectus & ami-  
cus testatori erat, & pro quo cōiecturæ  
voluntatis defuncti existunt, de quo vi-  
de Peraltam in, §. inter duos, hic allega-  
to, & Mathæum de Afflictis in cap. 1. §.  
& si clientulus, de alienat. feudi. Anch.  
conf. 38. not. 1. & conf. 27. Roma. conf.  
408. nu. 4. Curt. Iun. conf. 22. nu. 8. Me-  
nes. cum Bal. ibi in l. voluntatis. C. de si-  
de commissis. Roma. conf. 438. num. 6.  
in fine, & cum Decio & alijs vide Man-  
ticam bene ad propositum huius deci-  
sionis loquentem in tract. de coniectu-  
ris ultimarum voluntatum, lib. 8. titulo  
4. à nume. 3. cum sequentibus Crassum  
in suo libro sententiarum. §. legatum,  
quæst. 74. Menoch. de præsumptionib.  
lib. 4. præsumptione. 107. & conf. 434.  
lib. 5.

### Additio ad Decisionem

CC CLXXXII.

**Nota**

**N**ota, quod fide iussor indemnitas, etiam si constitutat se principalem, & renuntiet omnibus legibus pro eo facientibus, non potest conueniri, non excusso principaliter. Adde Xarez ad titulum *de los emplazamientos* §. quæ ritur vltius, num. 11. & 7. Auiles in cap. 10. iudicium syndicatus, glo. 1. nu. 4. Anto. Gomez lib. 2. variarum, cap. 13. nu. 3. Afflictis, & Vrsill. decisio. Neapolitana. 318. Ducas reg. 335. Gutier. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 23. a num. 26. Azeu. in. l. 13. titu. 5. lib. 3. recop. Resolue, quod iure communi & Regio haec opinio vera est, maxime si adsint verba, de quibus in. l. decem, de verborum obligatio. In fidé iussoribus tamen iudicium & tutelarum. licet solum videantur promittere indemnitatem: ex renuntiationibus tamen amplius contarium in praxi servatur, de quo vide Gutierrez vbi supra & sic iam vidi iudicatum: vide etiā quæ dixi. lib. 1. quæstionum, quæst. 11.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXXIII.

**N**ota, quod legata pia reliqua in minus solenni testamento, valent, si duobus testibus probentur. Adde Ioan. de Anania consi. 28. col. 4. Anton. Rub. consi. 71. Couar. in cap. relatum. 1. nu. 3. de testamentis, & latè disputantem Burgos de Paz in l. 3. Tauri. 1. part. conclusio. 4. a num. 781 cum sequentibus. Mencha. de successionum creatione. §. 22. nume. 12. Crass. in tract. sententiarum. §. testamentum, quæ. 18. num. 8. & adde late Manticam in tract. de conjecturis, tit. 3. lib. 6. Simonem de Pretis in tract. de interpret. vltim. volunt. **I**3. interpret. 3. fol 6. a nu. 7. & 8. opiniones sunt cōtrariæ & cōmuni, & magis communis contra legata pia, sed nostra decisio tenenda est iudicando & cōfusando, nisi testamentum sit imperfe-

ctum imperfectione volūtatis, de quo vide Crassum vbi supra, q. 19. & quæ latè diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 1. & in pluribus decisionibus huius libri.

## Additio ad Decisionem

CCCLXXXIII.

**N**ota primo ex hac decisione, quod contractus potest in testamento fieri, & si fiat in favorem absentis, & maxime si sit donatio, sortitur natu-ram vltimæ voluntatis, etiam si habeat clausulam constituti: secus si fiat parte præsente & acceptante, per nota-bile consilium Romani hic citatum, de quo vide dicta per me lib. 3. quæstionū, quæst. 22. vbi latè & notabiliter decla-raui dictum consilium, & quæ dixi ad decisionē 8. dicens. 339. aut. 341. Ias. consi. 6. lib. 4. & Matien. in. l. 7. glo. 1. num. 20. titu. 10. lib. 5. recopil. & in. l. 1. glo. 4. a num. 24. tit. 6. lib. 5. recop. Tirz quel. de constituto. 1. parte num. 23. & 2. part. 24. ampliatio. Baezam in tract. de non meliorandis, cap. 20. num. 16. & omnino vide Matienzo vbi supra, quæ plura allegat & ponit: quæ de donatio-ne facta vide latissime, & cum pluri-bus disputantem in. l. 7. glo. 2. a num. 9. tit. 10. lib. 5. recop. Couarru. lib. 1. varia-rum, cap. 14. & in rubrica de testamen-tis. 3. part. a nu. 12. Iulium Clarum lib. 4. sententiæ, quæst. 12. 13. & 76. & eū dem de contractu facto in testamento, in. §. testamentum, quæst. 75. de quo om-nino vide Paris. consi. 2. nume. 19. lib. 3. & consi. 46. nu. 36. lib. 4. & Boer. decis. 353 nu. 4. & omnino vide Ceph. consi. 713. nu. 31. & 717. num. 38. & 738. nu. 12 & per totum consilium, lib. 5. Menoch. consi. 489. num. 17. & 443. num. 4. & vide Tiraqu. in tract. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio. 115. Vide etiam Tiraqu. in tract. de constituto. 1. parte

## Secunda pars Additionum.

in principio num. 23. Ex quibus allegationibus constat, quod Autor bene loquutus est in decisione secundi dubij: in decisione vero primi male, propter fauorem piae causae, in cuius fauorem valeret donatio absentis facta, nemine pro eo acceptante, absq; eo quod possit reuocare, & ex verbis testamenti constabat, quod testator voluit donare, & donare irrevocabiliter: & certius hoc est iure nostro regio, ut diximus in dicta decisione. 8. & notant Matienço, & alij supra citati.

Nota secundò, quod donationes de pluribus rebus factæ pluribus eodem tempore & contextu, requirunt insinuationem: de quo vide Iulium Clarū in d. §. donatio. quæst. 17. Couart. libro. 3. variarum resolution. cap. 16. nu. 4. & Ioan. Mariam Aquilinum in. l. 1. §. sed si mihi, à num. 8. ff. de verborum obligation. Emanuel. Xarez cum pluribus lib. 8. communium, tit. 23. à nu. 138. Ego vero, si personæ non sint accessoriæ una alteri, & quod in effectu videatur una donatio in fauorem omniū, sed sint differentes, & res differentes, & causæ donandi differentes, & fraus absit, suspectū hoc dictum puto. Cogita.

### Additio ad Decisionem

CCCLXXXV.

**A**dde quæ diximus ad decisionem 173. num. 6. & adde Tiraq. ad. l. bonas. §. hoc sermone, limit. 1. num. 1. cū sequentibus Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 4. à num. 38. Aluarum Valascum cons. 102. per totam. Adde Hieronymum. Gabriel. consi. 83. à numer. 30. lib. 1. qui quasi in terminis loquitur, & Ioan. Marcum Aquilinum in. l. Centurio. num. 5. ff. de vulg. & pupillari.

### Additio ad Decisionem

CCCLXXXVI.

**N**ota tria ex hac decisione. Primum, quod sententia lata inter duos principales, & ad quos principalis defensio causæ pertinet, nocet alijs in consequentiā ius prætendentibus non citatis.

Secundū, quod libertorum fratrū unus succedit alij, licet mater mortua fuisset in scrutute.

Tertium, quod dispensatus quo ad quædam, non consequitur ius patronatus, nisi sit plenè legitimatus.

Primo adde latè Molin. lib. 3. de primog. cap. 8. à num. 3. Couar. in practicis. cap. 13. num. 6. Pinel. in. l. 1. 3. part. num. 48. C. de bonis maternis. Meness. in. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. n. 14. de leg. 2. Menoch. lib. 1. de success. creatio. §. 6. num. 28.

Secundo adde Portium in. §. ultimo, instituta de successione libertorum, & Petrum Gregorium in syntagmate iuris vniuersi, part. 2. lib. 45. cap. 19. à num. 9. allegat. §. 1. instituta de successione libertorum, & l. 3. de suis & legit. hæred. & §. 2. & §. postea, eodem titul. & §. & sed nostra constitutio. Adde Bolognin. ad Matthesilanum hic citatum, qui contra eum tenet.

Tertio adde dicta decis. 278. alias 279. & decis. 154. & decis. 11. & in decisione. 2. & 3. & adde Tellum Fernandez in. l. 12. Taurinum. 22.

### Additio ad Decisionem

CCCLXXXVII.

**A**dde huic decisioni Autores quos citauit ad decisionē. 335. alias. 337.

**A**dditio ad Decisionem

CCCLXXXVIII.

**N**ota singularem conclusionem, quod in successione majoratus, ubi vocatur filius maior, & semper con-

fan-

sanguineus proximior, non admittitur repræsentatio, & ideo nepos maior ex filia minori, præfertur nepoti minori ex alia filia maiori: adde dicta ad decisionem. 345. alias. 347. & ad decisionem 215. & ad decisionem. 307. alias. 308. & ad decisionem. 69. & ad decisionem. 74. & ad decisionem. 7. & ad decisionem. 174. & ad decisionem. 59. & ad decisionem 158. & in puncto additum in tract. de successione regni, pag. 174. & 175. & eum referetem senatorem Caldas in tractatu de nominatione emphiteutica, quæst. 17. à nu. 51. & adde in simili Velazquez in l. 40. Tauri. glo. 9. nu. 75. & Alex. Raudensem in consi. pro Rege nostro super successione regni Portugalliae 142. à num. 30. lib. 2. consiliorum Zileti de ultimis voluntatibus, & Greg. in l. 2. tit. 15. part. 2. verbo, *el mas propinquus*, & ibi Humada. Anto. Gomet. in l. 8. Tauri, nu. 19. Mieres de maioratibus. 1. par. quæst. 5. nu. 31. Velaz. in d.l. 40. glo. 14. nu. 25. & 27. Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 66. à num. 12. cum sequentibus, Autor semper tenuit hanc sententiam, sed in descendantibus à primis vocatis absque dubio datur repræsentatio, ut sæpe diximus, & sic non vera est, nec in his regnis practicatur, ex l. 40. Tauri, nec etiam in descendantibus à primo, qui ut proximior successit in defectum vocatorum. Habet tamen locum in primo succedente, ut proximiore in defectum linearum vocatarum, ut in dicta decisione. 308. aut. 307. vel. 345. aut 347. diximus, licet plures contrarium velint.

### Additio ad Decisionem 386 CCCL XXXIX.

DE hac decisione diximus ad decisi. 350. alias. 348. & ad decisionem. 146. & ad decisionem. 339. vel. 341. & plura dixit Clarus lib. 4. sententiarum. §. do-

natio quæst. 19. & Couarr. lib. 3. resolutio. cap. 12. & Molin. latissimè lib. 2. de primogenijs cap. 10. à num. 10. Dueñas reg. 219. & infinita refert Matienz. in l. 8. glo. 1. tit. 10. lib. 5. recop.

Vnde cùm de materia sit plene actū ab his autoribus, ab eis citatis, & nos resolutiones veras demonstrauimus, frustaneum erat ab officio additionatoris egredi, & de cōcertationibus inter Corrasium & Autorem iudicium exactum interponere: sufficit, quod autoris opinio vera & communis est, & sequenda iudicando & consulendo, & contraria aperte falsa.

### Additio ad Decisionem CCCL XXXIX. alias. CCCXC.

ADde quæ diximus ad decisionem. 156  
vbi cum pluribus latè de materia egimus. Adde etiam Molin. de primogenijs lib. 1. cap. 11. à num. 28. Clarum in lib. sententiarum, quæst. 6. §. emphysis, & adde Parisium consi. 34. lib. 4. & adde Ioan. Garciam in tract. de expēsis cap. 9. à nume. 94. cum sequentibus, & Nauar. cons. 57. tit. de præbendis lib. 3. & in tit. de rebus ecclesiæ, con. 11. Tandem nostram resolutionem diximus in dicta decisione. 156. & nunc addimus, bene iudicatum esse in præsenti decisione si hospitale erat profanum, quia ex vno beneficio fuit laicale effectum quo ad commoditatem, siue maiis patrimoniale, præsertim quia extrauagans male practicatur, de qua vide ibi Canophilū. Et adde de vniōne Mandos. ad reg. Cancelleriæ, reg. 11. quæst. 1. & 2. adde etiā Clarum lib. 4. sententiarum. §. feudum, quæst. 32. num. 3. Adde etiam Beccium cons. 92. per totum, lib. 1. & Berretam cons. 111. & cons. 92. lib. 1. Adde etiam Bursat. cons. 50. à num. 12. lib. 1. & cōs. 127. à n. 121. lib. 2. & consi. 104. à n. 6. lib.

## Secunda pars Additionum

lib. i. & Ioan. Marcum Aquilinum in l.  
i. §. sed si mihi, à num. 35. ff. de verborū  
obligat. & de vnione bonorum adde Re  
buff. in praxi lib. i. tit. de vniōnibus, per  
totum, & de materia decimarum laica  
rum adde Hippol. Riminaldum Iuniorē  
consil. 4 i. lib. i. & de hospitali & bonis  
eius, an sint bona laica, adde latè vltra  
Parisi. Menoch. de recip. rem. 15. à nu  
20. cum sequentib⁹. Tandem conclu  
do, iustam esse decisionem præsentē in

omnibus, quidquid Gamma dicat, ma  
xime si bona erant solita locari vltra  
triēnum. Et cum his finem impono ad  
ditionibus ad 389. decisiones supremi  
Lusitani Senatus, ad laudem & gloriā  
diuini nominis, & nativitatis Iesu Chri  
sti, in cuius solenni die ac nocte eas fi  
niui: & quicquid in eis dixi, subijcio cor  
rectioni sanctæ matris Ecclesiæ, & me  
lius sentientium.


L A V S D E O.

Finis secundæ partis Additionum.



D E hac decisione diximus se decell.





3  
102  
1  
♀

3  
102  
1  
♀